

Martin Bambamius

**Tyrocinium Ethicum In usum & publicum & privatum Studiosorum
Adolescentum, Qui primum ad studium Ethices Animum appellere conantur, Ex
Aristotele mundi miraculo, aliisq[ue] Autoribus probatis breviter & succincte
conferruminatum, variis Virtutum & Vitiorum Exemplis Sententiisq[ue]
adornatum, ac Tabellis locupletatum, Annexis ad calcem Praeceptis Moralibus
Isocratis, singulis disticho inclusis**

Stetini: Goetschius, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757663052>

Druck Freier  Zugang



E6-3187'3.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn757663052/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757663052/phys_0003)

DFG

TYROCINUM ETHICUM

In usum & publicum & privatum

STUDIOSORVM

ADOLESCENTUM,

Qui primum ad studium Ethices
Animum appellere conantur,

Ex Aristotele mundi miraculo, aliisq; Autoribus probatis breviter
& succinctè conferruminatum, variis Virtutum & Vitiorum Exemplis Sententiisq; ad-
ornatum, ac Tabellis locu-
pletatum,

Annexis ad calcem Praeceptis

Moralibus Isocratis, singulis di-
stichò inclusis,

Operâ & Studiô

M. MARTINI BAMBAMII P. L.

Cæf. & Scholæ Sedinensis Senat:

ConRectoris.

Virtus est medium : mediò tutissimus ibis :

Occupat Extremum scabies, Extrema relinque.

STETINI, Excudebat GEORGII GOETSCHIUS,

Sumtibus Auctoris, Anno 1629.

E 6 - 3187 3

Ad Etbices Tyronem.

Nil moror invidiâ turgensis scômata Momî,
Dum-meâ Tyro-modò presse opella tibi,

EPISTOLA DEDICATORIA

Generosis admodum & No-
biliissimis Dominis,

Dn. JARISLAO SIEGFRIDO,
Dn. GEORGIO FRIDERICO,
Dn. JOANNI SIGISMUNDO,
Dn. ALBERTO, Et Dn. FER-
DINANDO SEDLNITZKY,

Fratribus Germanis, Baronibus
& Colitz, Hereditariis in Dielstein/
& Megdeburg &c. Dominis gra-
tiosis.

Duas Lumen illud Romanæ
eloquentiæ splendidissimū
Cicero ; Generosi Juvenes,
Dominigratiost; menti humanæ l. i.
Off. adsignat partes : quarum Una,
eius ad miniculō res intelligendo
percipimus, Hominem proximè
ad Deum quasi evehit: Altera verò,
A 2 quà

EPISTOLA DEDICATOTIA.

quâ quis huc illuc appetendo rapi-
tur, ad Bruta eundem démituit,
iisq; adæquat. Ex hisce duabus
mentis humanæ potentiis duplices
virtutes, *Intellectuales* nim: & *Mo-
ratales* progerminant. Ille; cum sint
Rationis ; circa deliberationes &
consultationes de rebus occupan-
tur, ac, quid faciendum, fugien-
ddm; sit, docent & explanant: *Hæ*
vero; quia in Appetitu sunt posi-
ta; mores omnimodis affectibus
imbuunt, acutissimō illō morum
censore Plotarchō in suō de Mo-
rum virtute librō teste locupletissimō.
Uti a. *Illas* non nisi ex Do-
ctrinā adipiscimur; ita & *Has* ex
creberrimō usu, unde habitus fie-
ri adsolet, acquiri necesse est.
Hinc etiam is, quià teneris tenera-
xatis an nisad Honestatem Virtu-
tum

EPISTOLA DEDICATORIA.

tum fontem uberrimum, crebrâ
adsuetatione ducitur, virtutum
ad reliquam vitam conducibilium
non contemnendum jecisse vide-
tur fundamentum. Idquod divi-
nus ille Philosophus, non tam ab
humerorum latitudine, quam ver-
borum amplitudine Plato dictus,
calculò suo approbat l. 4. de Re-
publicâ inquiens, *Educationem &*
eruditioñem bonam servatam ingenia
quog bona efficere. Eadem etiam
ratione ductus Legislator ille gra-
vissimus *Charondas Tiburiis*, ne ju-
ventutem suam ad detestandam
vitiorum turpitudinem adsuefieri
paterentur, in Statutis suis severissi-
mè interdixit, gravissimæ ani-
madversionis comminatione an-
nexâ in eos, qui in sedula virtutum
informatione suos turpiter negli-

A 3

gerent.

EPISTOLA DEDICATORIA.
gerent. Si autem Ethnici, qui-
bus Naturæ lumen tantum illuxe-
rat, & æquem & necessarium du-
xerunt, ut juvenus sua, vitiis po-
stergatis, ad sublime nobilissima-
rum virtutum fastigium ducere-
tur; quantò magis Nobis, non
tantum Naturæ, verùm etiam scri-
pturæ lumine (laus Deo !) irra-
diatis, incumbet, operam navare
pedulam, ut Juventuti nostræ,
navissimâ Decalogi Ambrosiâ de-
gustatâ, dulcissimum inclitarum
virtutum Ethicarum Nectar pro-
ponatur, propinetur, instilletur.
Præcepta enim de Morum & Vir-
tutum studijs ab homine Christi-
ano non sunt aliena, quippe quæ
cum Decalogi Præceptionibus
seu Regulis cognationem alunt
arctissimam; Immò sunt Jus Dei,
qua-

EPISTOLA DEDICATORIA.

quatenus à rectæ rationis normâ
non discedunt: Disciplinam enim;
de quâ quasi concionantur; com-
mendant; ea, quæ in sacris Paræ-
neticis contractiūs proponuntur,
copiosius tractant; Lumen Na-
turæ cum Lumine Scriptutæ qua-
si copulant, nosq; de caligine,
qnâ homines luce verbi divini
destituti obruti sunt, informant.
Hinc ipsa ipsius Ethnicorum Phi-
losophorum facilè Principis Ari-
stotelis Ethica ad Nicomachum
Filium scripta in nostris, hoc est,
Christianis Academijs in pérpe-
tuō manent vigore. Hinc tot
tamq; egregij Libelli Morales à
Viris Christianæ religioni addi-
ctissimis in communem studioſæ
juventutis usum ex fontibus Ari-
stotelicis hausti, divulgati sunt, &

A 4.

adhuc

EPISTOLA DEDICATORIA.

adhuc divulgantur; qui etiam in
in Gymnasiis illustribus, & Schol-
lis plerisq; (ut ajunt) trivialibus,
Juventuti literarum studijs man-
cipatae, pro moribus ejusdem re-
ctè conformandis & confirman-
dis, infunduntur. Quia verò Li-
bri ejusmodi, quum sublimè quid
sapiant, pro Exercitatoribus vi-
dentur esse conscripti, Ego mo-
dernæ meæ professionis memor,
captui imbecilliori eorum, qui
hac in Disciplinā merè Tyrones
se profitentur, consulere satagens,
præsens hoc Tyrocinium Ethicu-
m, cùm ex ipsò totius mundi
miraculō Aristotele, tūm ex ali-
orum Autorum probatissimorum
Scriptis methodicâ concinnitate
per quæstiones, juvenili ætati
aptissimas, comportavi, varijs va-
ria-

EPISTOLA DEDICATORIA.

riarum Virtutum & Vitiorum exemplis admixtis, & sententijs tribus [media Virtutem ipsam, prima & ultima Extrema seu vitia repräsentant] cuilibet capiti eō fine subjectis, ut & ad Exempla & Sententias plures colligendas Tyronibus Ethices ansam præbeam. Ipsi autem opusculo Tabellā præfeci generalem, singulis verò capitibus subjunxi specialem, ut ijdem primō statim intuitu & totius operis, & singulorum capitum schesin habeant in promtu.

Vobis verò, Generosi Juvenes, Domini gratosi, hunc exiguum tenuis Ingenij mei fœtum, suasu clarentissimorum viorum Typis excusum, submissè dedico; cùm, ut Generosissimi Domini Parentis vestri gratiam & favorem, quem

A§ in

EPISTOLA DEDICATORIA.
in literarū studijs addictos ipse li-
teratissimus largissimè effundit, &
Mihi conciliem: Tùm, ut Vos in
mediō Artium & Virtutum, vobis
quasi innatarum, cursu desudantes,
recreem, Ipsiq; adeò Opusculo sub-
validissimō Autoritatis & Clemē-
tiæ vestræ inclitæ clypeo adversus
Theoninos impudentissimi Mom-
dentes asylon comparem.

Munusculum igitur hoc leviden-
se submissè oblatum clementer
suscipite, Meq; gratiâ & favore ve-
strô benigniter complectimini,
cum Generosissimō Dn. Parente
vestrô divinæ protectioni fidelis-
simè commendati.

Sedini ad Viadrum ex Museo
meō i. Martii. Annō reparatæ salu-
tis humanæ per Christum 1629.

Vestr: omnium Generos: submissè colens:

M. Martin. Bam. bamius. E. L.C.

A.D.

Dn. M. MARTINUM BAMBAMIMUM
P. L. Tyrocinium Ethicum edentem Acclama-
tiones Amicorum, virorum
clarissimorum.

Scribere Tune bonis aliquid de morib⁹ audes.
Hoc seculo! quo non aliud sceleratus illum,
Prisca fides, virtus, pietas ex quo exulat omnis,
Ultra Sauromatas, & frigida littora Zemle,
Omnia quo morum turpi perculsa ruina,
Jusq; datur sceleri, virtutis nomina probro?
An sperare potes precium fructum q; laboris?
Audiat ut juvenis manita hac, docilisq; sequan-

tur

Cereus in vitium fixi, scelerum q; msgistros
Qui tot, qui tantos, heu, fixo lumine ipectat?
Invenies, puto, vix totidem, quot littore nostre.
In mare præcipiti labuntur flumina cursu,
Accedas quamvis alio sub sole calentes.

Gentes, inquiras & apud Garamantas & Indos.
Sed tamen haut operq; precium fecisse negabo,
Si, vel ducentem recte audiat unus & alter.

Et tibi, quæ sibimet merces pulcherrima, virtus:
Præmia larga dabit, dōcti q; boni q; favebunt.
Perge igitur Iacro, precor, adit JOVA labori,
Emendare suos discat quo nostra Juventus
In melius mores, virtuti addicta, perosa
Quæ animi vitium turpes sit segnis in actus.

ωι6οχεδίας ἀρρηναβατῶν

Christoph: Schulterus D: & ad D. Jac. Rast.

II.

O Seclâ! ô mores! Gitys modò fertile seclum.
Efformat mores, in pietate, probos:
Nam fieri mala, & eveniunt bona, sponte fatemur,
Curam aduersa urgunt tamen fera, cura preces,
Martis luxuries inopes (que copia?) fecit,
Parcere non morat, parcere discit inops.
Res mala si instituit, precepta salubria pandens,
BAMBAMI, famâ laude perennis eris:
Virtutes scit Mars, vitia in contraria currit,
Virtutem, ex virtus, nosse & amare jubet:
At, III, virtutes, vitia & contraria monstrant,
Qua facienda mones, qua fugienda doces.
Cum virtus fugiat Mars, qua facienda monemur
Præstamus pia per vota, levamen erit;
Audiat ingeminata Deus suspiria; reddat
Ad virtutem alacres, ad vitia indociles.

Christophorus Albinus
Ph. & Med. D.

III.

N On certe Compêdia sunt Dispēdia semper,
Nec, MARTINE, carent utilitate suâ:
Fontibus ex ipsis in primis hausta, tenellam
Informat pubem quę breviore viâ.
Quarè nō abs te facis, hęc MORALIA Tu quod
PRÆCEPTA evulgas, pauca, sed apta Scholis,
Virtutem à vitijs pueri ut distinguere discant,
Hęc fugere: Illius dulcia castra sequi.

Inter occupationes alias fundebat
ANDR, HILTEBRANDT, Med. D.

V.

Quid tibi subvenient, è ordo Scholastice, linguae;
Virtutum cultor n̄ paruer fueris?
Quid tibi neglecta virtute Scientia prodest,
Integritas morum si tibi defuerit?
Nam Schola non tantum fari, tentireq; recte,
Ast agere hæc etiam, te schola docta docet.
Sed queris, quid agas? Elementa hæc induxas sume,
Quæ Conlectoris sedula cura dedit.
Ex illis pulchros Virtutum collige flores,
Ex illis purum fac tibi cor vitijs:
Semina virtutum ex illis jattato per arba
Ingenij, ut Fructus messe sequente feras.
Ut recte fari, sentire, agere omnia possis,
Ut verum querens inveniasq; bonum.

Auctor & editor

Laurentius Eichstadius, Med. D.
ac Reip. patriæ Phys. Ord.

V.

EThica scripta puer, tibi quæ studiose paravit:
Offert Bambam i jam tibi docta manus
Informant mores, virtutes, crimina monstrant;
Quæq; sequenda Tibi, & quæ fugienda docēt.
Hæc lege, Doctus eris, morum quoq; laude de-
corus
Clarebis, summum sic capiesq; Bonum.

M. Adam Moesler P. L. Illustr.
Dicasterij Pom. Advocat. &
Senator Reip. Veter. Sedin.

A 7

Vir-

VI.

Virtutem & mores, Bambami, docta juventute
 Commissa ut fideli discat, Amice, tue,
 Hanc precepta doces rām doctē hoc Ethica libro,
 Posit ut hunc relegens Ethicus esse bonus.
 Artibus in reliquis ita perge juvare juventam,
 Sic Sophie atq; tua perpetuetur honos.

Petrus Neomarcus P. L. Illustr.
 Archidicast. Pom. Advocatus,
 & Jud. Sedin. Adseffor.

VII.

Gemma quod est auro, mores hoc esse Scho-
 larum
 Artibus ex usu doctus AMICE doces.
 Namq; quod ingenium magnā valet arte, sed
 artem
 Deformat vitijs, est solidæ artis iners.
 Aurum diligimus sine gemmis : sed sine verâ
 Quis laudet doctum dic age laude virum ?
 Ego Scholæ libro hoc rectè prodesse videris,
 Artes virtutis laudibus arte juvans.

College laboribus hunc meritò ad-
 jecit calculum

M. Iohannes Micralius
Rector Scholæ Stet.



ARGUMENTA IO. LIBRORUM ETHICES
Aristotelis ad hōc Opusculum
accommodata.

Primus Aristotelis Liber Ethicus indicat, inter
Mortales Summum quid sit, agatq; Bonum.
Alter ait, Virtus generatim quid sit, & illam.

Expressis verbis explicuisse studet,

Tertius humani perbōlit pectoris actus

Principia; & Fortis quis, Modicusq;, docet.

Quartus ait, Largus quis, Magnificusq;, putetur:
Nec non virtutes explicat his similes.

Quintus Justitiae trattat Liber ordine munus,
Quid sit Jus quid & Injuria, rite docens.

Sextus et explanat, quid sit Prudentia, quid sit
Ars, his virtutes quid similesq; sient.

Septimus Heroas notat, atq; Libidine prabat
Qui vacui, atq; ferant qui Toleranter onus.

Octavus Nonusq; Liber demonstrat, amena

Inter Mortales quid sit Amicitia,

Porrò Voluptatem notat Ultimus, atq; Supremum
Hic repetit, de quo dixerat ante, Bonum.

TYRO.

TABELLA GENERALIS TOTIUS ETHICES.

IN ETHEICA OBIEVENTUM

RO-



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn757663052/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757663052/phys_0023)

DFG

A
I
A
T
C
S
G
P



TYROCINIUM ETHICUM.

Prolegomena.

Quid est Ethica?

EST Prudentia, hominem
bonis moribus ita informans, ut sum-
mam bac in vita felicitatem con-
sequi possit.

Unde dicitur Ethica?

Dicitur Gracis Διπλὸς ἔθος i. e.
ab assuefactione, & Διπλὸν τὸν ἕγρων i. e.
à moribus, teste Aristotele l. 2. c. 1: quia
virtutum habitus assuefactione in animis
parantur. Latinis dicitur Philosophia
moralis.

Ad quam partem Philosophiae spe-
ctat Ethica?

Ad Practicam: quia in praxi & viro-
tatum exercitiō conficit.

B

Qualis

2 PROLEGOMENA.

Qualis est Pars Philosophiae
practicæ?

Est pars communis: quia principia
& fundamenta universæ Philosophiae mo-
ralis tradit, & in genere monstrat, quod
nam sit officium Viri Boni, cuiuscunq; vi-
ta generis & status etiam fuerit.

Quid ad partem propriam relegas?

Political & Oeconomicam.

Ethicæ natura in quibus consistit?

In tribus: in Genere, Subjecto, &
Fine.

Quodnam est Genus Ethicæ?

Est Prudentia: quia Ethica habitus est
practicus.

Cur est habitus?

Quia usu & exercitatione crebrâ cum
religîs disciplinis acquiritur.

Nonne Ethica inest naturâ?

Non: siquidem omnes naturâ procli-
ves sumus à labore ad libidinem, teste Co-
gnitô.

Cur

PROLEGOMENA. 3

Cur est habitus practicus?

Quia non propter nudam virtutum cognitionem, sed propter earundem actionem, Ethica proponitur & addiscitur.

Quodnam est subjectum Ethices?

Est Homo, quatenus bonis moribus informandus.

Quomodo hoc loco sumitur subjectum?

Sumitur communiter pro objecto; alias propriè loquendo subjectum & objectum differunt.

Quomodo differunt?

Subjectum est id, cui res inbaret: Objectum circa quod res versatur + Sic subjectum ethicae propriè est Mens, quia in ea baret: Objectum vero est Homo, quia circa eum, quatenus bonis morsibus informari debet, Ethica occupatur.

Cur Ethica dicitur informare hominum mores?

Quia mores & actiones hominum opus habent

B 2

habent

habent institutione Ethicâ ad sui emendationem, cum naturâ depravata sint, at subinde ab honestô exorbitent.

Cur addis: quatenus?

Quia hic intelligitur Subjecti Formale, seu modus considerandi, qui amplitudinem subjecti restringit, & certæ discipline ad equat.

Hoc clarius explica?

In omni subjecto duo attenduntur: Materiale, seu res considerata, & Formale, seu modus considerandi. Subjectum Materiale disciplinas confundit: Formale easdem distinguit. hoc est, Materiali subjecto plures discipline convenient, Formali v. omnes discrepant.

Declarâ rem exemplô?

Materiale subjecti in Ethicâ est homo, circa quem etiam plures discipline versantur; Formale vero exprimitur per phrasim: quatenus bonis moribus informandus. Et sic Homo consideratus ad nullam aliam

PROLEGOMEN A. 5

aliam disciplinam, preterquam ad solam
Ethicam refertur: quia reliquæ discipli-
nae singulæ suō modō Hominem considerant.

Quam habet hæc distinctio utilitatem?

Eam, quò illâ multis strophis sophisti-
cis occurtere possumus. Ut si quis diceret:
Physicam non esse distinctam ab Ethica, eò
quod utrāq; disciplina circa Hominem ver-
sentur: rectè respondemus, Hominem qui-
dem utriusq; subjectum esse materiale; sed
formale seu modum considerandi differre:
quia Physica considerat Hominem, quaenam
bonis moribus informandus.

Quid sunt mores?

Mores sunt Actiones humana certo
modo formatae.

Quis est Finis Ethicæ?

Finis internus est, Hominem virtutib;
ibus informare. Externus est Summum
Bonum, seu èudaimonica, qua in societate
humana honeste, & juxta virtutem pro-

B 3 posse

§ PROLEGOMENA,
posse vitam instituimus. Philosoph. l. 1.
Eth. c. 1. § 2.

Quæ est Utilitas Ethicæ?

1. Facit, ut seipsum Homo noscat.
2. Ostendit, qualem se erga alios in vita
privata & publica prebeat.
3. Fontes & primas demonstrationes ju-
ris aperit, juxta illud. Ubi definit
Ethicus, ibi incipit jurisconsultus.

Quæ sunt Partes Ethicæ?

Sunt due: Communis, & Propria.

Quid est Pars Communis?

Est, qua de Beatitudine civili, de Vir-
ture morali in genere, & de Principijs hu-
manarum actionum agit.

Quid est pars propria?

Est, qua de Virtute in specie agit.

Redige prolegomena in Tabellam.

Circa definitio- nem Ethices notentur	1. Etymologia Nominis	{ 1705. 1706.
	2. Genus definitionis, prudentia.	
	3. Subjectum, Homo.	
	4. Objectum, Mores.	
	5. Finis { internus Externus,	
	6. Usus triplex.	

PARS

PARS COMMUNIS.

CAPUT. I.

DE SUMMO HOMINIS BONO.

(Aristoteles l. i. Ethicorum ad Nicomachum.)

Quā methodō tractas Ethicam?

Analytica: quia Ethica est è numero disciplinarum practicarum, quas au- spicamus à Fine, qui in actionibus rationem principij habet. (πᾶσα τέχνη ἡ πᾶσι μέ- θοδος: Philos. l. i. c. 1.)

Quis est Finis Ethices?

Est Summum Hominis Bonum, sive Beatitudo, qualis scil. in hominem in hac via cadere potest.

Quid est Summum Bonum?

Est Actio animi rationalis, secundum virtutem optimam & perfectissimam in vi- ta perfecta. Definit. Aristot. εὐδαιμονία δὲν ἐνέργεια ψύχης λογικῆς κατ' αἴρε- τὴν αρετὴν ἡ Τελειωτάτην ἡ δική τελείω- l. i. c. 7.

8 CAP. I. DE SUM. HOM. BONO.
Bonum quomodo dicitur Græcè?

Dicitur ἀγαθόν, δένδρον της ἀγείας, αὐτὸν
eendo; quod scilicet excitet et ducat nos ad
sui expeditionem.

Bonum illud cur dicitur Summum?

Quia non est ab eo ad melius seu superius
progressus. Et enim supremum, in quo
humanus appetitus acquiescit.

Cur dicis: Secundum virtutem optimam
& perfectissimam?

Quia Felicitas, cuius fundamentum est
virtus, in summō gradu constituta, actio est
optima et perfectissima.

Cur dicis: in vita perfecta?

Quia Actio illarequirit cum confirmata
etatis maturae judicium, cum tempo-
ris diuinitatem.

Sed nemo potest dici in vita
Perfectus.

Distingue inter perfectitudinem Theo-
logicam et Philosophicam: non illa sed
hac homo dicitur perfectus.

Tamen

CAP. I. DE SUM. HOM. BONO. 9

Tamen Solon dicit, quod nemo ante obitum sit beatus.

Solonis sententia tolerari non potest: quia Summum bonum est operatio animæ in viventem, non in mortuum cadens.

Si Summum Bonum cadit in hominem, cadit ne etiam in juvenem?

Cadit quidem in Juvenem, sed in talens, qui secundum præscriptum recte rationis affectus novit componere. (dia φ ēges dē 8dēv vē Θ tñ iλικίας: Ec. Phil. l. I. c. 3.)

Consistitne s. Bonum in voluptate?

Non: quia voluptas hominem plerumque reddit deteriorem; cum etiam brutis est communis. (io μὲν πολλοὶ dē Φογήνωται τὴν ἴδοντι: Philos. l. i. c. 5.)

Ecquid igitur planè abest à voluptate?

Non: sed aliquid habet commercij cum ea, honestā scil. & licitā: quod enim sumum est, omnia in se complectitur.

B. 5

Con-

10 CAP. I. DE SUM. HOM. BONO.

Consistitne S. Bonum in divitijs?

Non: cum, quia earum maximus datur abusus: in me, quia divitiae non per se, sed propter aliud expertuntur. (o de Christi misericordia usq[ue] ad Philos. l. i. c. 5.)

Quæ est causa Summi Boni?

Remota Deus est: Proxima virtus:

Utrumque ad consequendum summum Bonum concurrit: + neque enim sine Dei beneficio, neque circa virtutis exercitium felicitatis usus & possessio cuiquam conceditur.

Quodnam est Subiectum Summi Boni?

Est Animus Hominis: + de eo enim eatenus in Ethica agitur, quatenus est virtus & felicitatis subiectum.

Quæ sunt conditiones, quibus Summum Bonum internoscitur?

1. Per se, & non per aliud experti.
2. Se ipso esse contentum nec alio indigum.
3. Esse perfectissimum, quia hominem reddit perfectum.
4. Esse

CAP. I. DE SUM. HOM. BONO. ii

q. *Essē in omni actione ultimum. Hinc recte Finis omnium actionum statuitur Summum Bonum.*

Da Sententias.

1. *Beatus esse sine virtute nemo potest.* Cic de Nat. Deorum.
2. *Beatitudo vera non est, de cuius aeternitate dubitatur.* August. l. 2. de st. Dei.
3. *Beata vita consistit in altitudine Sapientiae, suavitate conscientiae, & virtutis sublimitate.* Ambr.

Redige præcipua hujus cap. membra
in Tabellam.

- | | |
|----------------------------|-------------------------------|
| Circa Beatitudinem notetur | 1. Subiectum, Animus Hominis. |
| | 2. Causæ Remota, Deus. |
| | 3. Proxima, virtus, |
| | 4. Conditiones quatuor. |

CAPUT II.

DE VIRTUTE IN GENERE.

(Aristot. l. 2, Ethicorum ad Nicom.)

Quid est virtus?

Virtus est habitus electivus in mediocritate

12 CAP. II. DE VIRTUTE

tate consistens quoad nos ratione determinata, ut vir prudens eam definat.

Def. Arist. ή Αρετή ὅτιν ἔξις περιείληπτη μεσότητι δια τὴν πρᾶσιν ἡμᾶς ὠργισμένη λόγῳ, καὶ ᾧ αὐτὸν οἱ Φρέγηις οὐτοῖς. c. b.

Unde dicitur Virtus?

Dicitur vel à viro, ut quae in viris sit conspicitor, quam in feminis, teste Cic. 2. Tusc. quest. vel à vi quod animi sit via: vel à virendo,

Quomodo dicitur Græcè?

Græcè dicitur Αρετὴ, q. αἰεσὴν ab αἰεῖ: quod nulla actio à virtute denominari debeat, nisi quae ἐκ περιείληπτης à nobis fiat.

Cur dicitur Habitus electivus?

Habitus dicitur, quia non innascitur, sed usū acquiritur: Electivus v. dicitur ille habitus, quia sit cum libertate & consultatione, quae in voluntate, tanquam vir- tute, subsistit, sedem habent.

Cur

IN GENERE.

13

Cur virtus dicitur consistere in mediocritate?

Quia virtus consistit in mediō inter Excessum & Defectum, quae mediocritati, tanquam duo Extrema, opponuntur.

Quid dicitur Extremum?

Quod à Mediō dupliciter exorbitat, in excessu nimirum & defectu. Sic extrema Fortitudinis sunt Audacia & Timiditas; hæc in defectu, illa in excessu.

Cur dicitur in Definitione, Quoad nos?

Quia respectu nostri virtus negl̄ mediū excedit, negl̄ ab eodem deficit.

Cur dicitur: ut vir prudens eam definit:

Quia non nisi vir prudens deprehendit medium, longo usu edoctus, quid singulis personis & circumstantijs conveniat.

Quomodo consequimur Medium?

1. Fugiendo illud extremum, quod medio maximè repugnat.

B 7

2. Abst.

¶4 CAP. II. DE VIRTUTE.

2. Abstinendo ab illô vitiô, ad quod naturâ
maximè inclinamus.

3. Seriò nobis cavendo à voluptate, que
nobis in omnibus rebus sit suspecta.

Quæ sunt causæ virtutis?

Sunt Actiones creberrimæ, quia virtus
affidæ exercitationis beneficîo acquiritur. +
quare & vir bonus in definenter virtuti sic
deditus.

Quotuplices sunt virtutes?

Duplices, Morales & Intellectuales?

Quæ sunt Morales?

Quæ in regendis actionibus maximè
externis animæ tûm irascentis, tûm concu-
piscientis versantur.

Morales virtutes unde oriuntur?

Ex more & consuetudine, unde etiam
nomen habent.

Quot sunt virtutes morales?

Sunt undecim: Fortitudo: Temper-
tanciâ: Liberalitas: Magnificentia:
Magna-

Magnanimitas : Modestia : Mansuetudo :
Comitas : Veritas : Urbanitas : Justitia.

Quæ sunt requisita exercenda
virtutis?

- Sunt 4. 1. Ut sciens quis agat.
2. Ut captiō consiliō agat.
3. Ut consiliō propter hac ipsa captiō agat.
4. Ut firmō animi propōsitō & constanter
agat.

Quæ sunt virtutes intellectuales?
De ijs agetur suō locō, cap. nim. II. par-

tis propria.

Da sententias.

1. Nulla possessio, nulla vis auri & argen-
ti pluris, quam virtus estimanda est.
Cic. parad. 6. & Sen. in Epist.
2. Homo est generosissimus, non qui claritate
nascendi, sed qui virtute maximè excellit.
Quintil. l. 5. c. 11.
3. Adeò grata est virtus, ut insitum sit ma-
lis probare meliora. Seneca.

Redige

16 CAP. III. DE PRINCIPIIS

Redige præcipua membra in Tabellam.

1. Etymon.

2. Causæ { Efficiens, Actiones cœberrime,

Formalis, mediocrit. inter { Excessu

Deficit.

3. Extremum ipsum.

4. Divisio in { Morales undecim.

Intellectuales quinq.

5. Requisita quatuor.



CAPUT. III.

DE PRINCIPIIS HUMANA-
RUM ACTIONUM.

(Arist. l. 3 Ethicorum ad Nicom.)

Cur agitur in Ethicis de Principijs huma-
narum actionum?

Quia sunt velut Adjuncta earundem,
quibus vel laudem vel vituperium ad-
ferunt: laudem, si virtus; vituperium, si
vitium inde creatur.

Quot sunt Principia humanæ actionum?

Sunt sex: Angstion Invitum tēnēctōv

Spon-

HUMANARUM ACTIONUM. 17

Spontaneum: μηδὲν Mixtum: οὐδεὶς
Electio: Βέλευσις Consultatio: Βέλησις
Voluntas seu Volitio.

Quid est Invitum?

Est, quod quis vel vi coactus, vel per
ignorantiam admisit.

Quot modis dicitur Invitum;

Duebus. 1. Per vim. 2. Per Ignor-
tantiam.

Quid est Invitum per vim?

Est factum violentum, cuius principium
est extra agentem, i. e. ubi agens aut pa-
tiens nihil adfert adiumenti. + Ut:
Si navis vi ventorum ad scopulos allidatur.
Græcè dicitur τὸ θύελλον.

Quid est Invitum per ignorantiam?

Est factum, quib⁹ quis non solum igno-
rans, sed etiam ex ignorantia circumstan-
tiarum agit, & cuius post actionem agen-
tem punit. Græcè dicitur αἰγάτοιος δικ
τὺν ἄγνοιαν.

Ergo

18 CAP. III. DE PRINCIPIIS

Ergo non est idem, per ignorantiam
quempiam, & ignorantem
agere?

Non est idem. Per ignorantiam enim
agit, qui unam atq; alteram circumstantiam
ignorat ejus, quod agit, & veniam me-
reatur. Ignorans verò agit, qui
vel perturbatione vel malitiâ aliquâ mo-
tus id, quod agit, ignorat, nec veniam
meretur.

Declara utrumq; exemplo.

Si quis vigil nocturnus filium pro hoste
patriæ occiderit, per ignorantiam agit, ve-
niām_{qz} meretur. Si verò quis ex ebrie-
tate vel iracundiâ cadem committit, igno-
rāns agit, & veniam minimè meretur.

Quotuplex est Ignorantia?
Est duplex: Juris & Facti.

Quid est Ignorantia Juris?

Est, quando delinquitur in eō, quod o-
mnibus debet esse manifestum: nec excusat,
quia versatur circa universale. Ut: si quis
alteri equum auferret, accusatus verò in-
ferret,

ferret, sibi ignotum fuisse, quod equum au-
ferre esset prohibitum.

Quid est Ignorantia facti?

Est, quando delinquitur in una atq;
alterâ circumstantiâ singulari: & excusat,
quia circa singulare versatur. † Ut, si fide-
lis Praeceptor petulantei discipulum casti-
garet, & ille sub castigatione incideret in
morbum caducum.

Quo sunt circumstantiæ in quavis actio-
ne attendendæ?

Septem: 1. Quis, ipse agens. 2. Quid,
ipse actus. 3. Circa quid, objectum seu
materia. 4. In quô, scil. locô & tempore.
5. Quô, scil. instrumento. 6. Cujus gra-
tia, seu quô sine. 7. Quomodo, sensim
seu vehementer.

Daturne harum circumstantiarum
ignoratio?

Datur omnium ignoratio, exceptâ primâ,
qua si ignoretur, agens seipsum ignora-
ret, quod absurdissimum est, & non nisi in
insanum cadit.

Quid

20 CAP. III. DE PRINCIPIIS

Quid est Spontaneum?

Est, cuius principium est in ipso agente, sciente singula, in quibus actio: estq; cum ~~negligē~~ capētis coniunctum. † Ut: si quis consulit hominem occidat, sponte fecisse dicitur. Huc etiam spectant, quae irā & vindicta cupiditate sunt.

Quae sunt actiones mixtae?

Sunt, quae sunt metu maiorum. † Ut: si tempore seditionis Magistratus per publicum currit, ut cives compescat: item, si salutis reipubl. causā in tumultu hominem internecioni det: actiones sunt mixtae; prior tamen laudem, posterior vituperium meretur.

Cur ejusmodi actiones dicuntur mixtae?

Quia existunt ex Spontaneo & Invito: magis tamen spontaneae dicuntur.

Quid est Eleccio?

Est facultas ex consultatione orta, quā bonum ab intellectu monstratum eligimus. †

Aristotelis

HUMANARUM ACTIONUM. 21

Aristoteli dicitur Spontaneum prius delibera-
ratum. (Electio autem est hoc loco medio-
rum tantum, non finis.)

Quid est Consultatio?

Est diligens mediorum investigatio, per
qua in agendo ad finem propositum per-
venitur.

Quæ cadunt sub consultationem?

1. Tà περίπτωσις, agenda, quæ in nostra sunt
potestate. † Ue sunt: res Ethicae, Politicae,
Oeconomicae. 2. Contingentia, quæ aliter se
babere possunt. 3. Quæ habent se, tanquam
media ad finem consequendum. † Sic stu-
diosi consultabunt, quibus mediis solidam
eruditionem facile consequantur.

Quid est voluntas?

Est spontaneus boni cum ratione appetitus.

Quodnam est objectum voluntatis?

Est tò Bonum, vel reverà tale, vel
apparens: Illud voluntas viri boni pro ob-
iectu habet; hoc voluntas viri mali.

Unde

22 CAP. III. DE PRINC: HUM: ACT:

Unde excitatur voluntas?

Principaliter ex se ipsâ: minus principaliter ab intellectu. † Is enim rapit voluntatem ad amplectendum illud Bonum; penes voluntatem autem est, num velit intellectum sequi, nec ne.

Da Sententias.

2. Beluae & pueri consiliis non sunt particeps, nec electionis. Arift. 3. Eth. c. 2.
2. Consilio grassandum ubi vires nihil juvant. Livius d. 1. l. 10.
3. Dissidentibus opinionibus & voluntatibus sunt diversa opera. Anon.

Redige præcipua hujus capitinis membra
in Tabellam.

Principia humana: electionum sunt 6.	Institutum per	sim	juris,
		ignorantiam	facti.
	Spontaneum.		
	Mixtum ex	Spontaneo.	
		Instituto.	
	Electio.		Agenda.
	Consultatio, circa	Contingentia.	
			Media.
	Volitio, enjɔ objectū est Bonū	Verum.	
			apparēs.

PARS

CAP. I. DE FORTITUDINE. 23



PARS PROPRIA.

CAPUT. I.

DE FORTITUDINE.

Quid est Fortitudo?

Fortitudo est virtus, circa metum & fiduciam mediocritatem servans. † De fin: Arist: Avdēcia ðēiv μεσότης τε Φόβος
τὸν δαρπει. l. 3. c. 6.

Unde dicitur Fortitudo?

Dicitur à ferendo, labores scil. & pericula.

Quomodo dicitur Græcè?

Græcè dicitur Avdēcia, ἀνὴρ τὸς αὐδῆς,
à viro; quia viri maximè est propria.

Unde sumitur definitio?

Ab objecto. Versatur autem fortitudo circa ea, quæ metum, & ea, quæ confidentiam pariunt. † Quorum illa Græcis
dicuntur φόβος, hac ταρρωνία.

Metum

24. CAP. I. DE FORTITUDINE.

Metum parientia quotuplicia sunt?

Duplicia: quedam sunt $\ddot{\nu}$ περ ἀνθρωπον,
seu supra hominum vires: quedam
autem $\ddot{\nu}$ περ, seu secundum hominum
vires.

Quae sunt supra hominum vires?

Sunt, quae hominem, licet alias animo-
sissimum, attonitum reddunt, ideoq; in ijs
fortitudini nullus est locus. + Ejusmodi sunt
fulmina, prodigia, &c.

Quae sunt metum parientia secundum
hominem?

Sunt, quae ab homine magnō animō pos-
sunt sustineri. + Ut sunt: pericula, exsilia,
supplicia.

Quotuplicia sunt confidentiam pa-
rientia?

Sunt equè duplicia: quedam supra ho-
minum vires; Ut: auxilia divina: qua-
dam secundum hominum vires, quorum
alia majorem, alia minorem parium
confidentiam.

Qua

CAP. I. DE FORTITUDINE. 25

Quæ sunt officia viri fortis?

1. Imperterritus, sed tamen ut homo.
2. Pericula soli honestatis gratiâ suscipiat.
3. Eadem decenter ferat.

Licetne fortē in pugnā fugere?

Licet, si recta ratio & presens periculum
jubent. † Si enim damnum accideret Reip:
ex Fortis morte, vitam servet: Qui (enim)
fugit, ad pugnas ille redire potest: Sin ve-
rō damnum ex Fortis fugâ existeret Reip:
prefat cum mori, quam fugere.

Eiquid ergo mortem bellicam Fortitu-
do respicit?

Maximè respicit: Mors enim bellica su-
scipitur pro defensione Patriæ, religionis,
parentum, pro lege & grege, ideoq; bone-
stissima & pulcherrima, fortitudinem re-
dolent.

Suntne Aut̄χeipes viri fortes di-
cendi?

Non: quia
tur, sed potius

26 CAP. I. DE FORTITUDINE.

ferunt, in eō, quod molestias ferre non possint. † Ut enim majus malum effugiant, sibi metipsis mortem adsciscunt.

Quotuplex est Fortitudo?

Duplex: Vera & Apparens.

Quid est Fortitudo vera?

Est, quae solam respicit Honestatem, nec propter prædam suscipitur, sed rectæ semper rationi obsequitur, & causæ bonitatem nitens constitissima est. † Diciturq; Aristoteles. Αὐτορεία πολεμική, seu Fortitudo bellica.

Quid est Fortitudo apparens?

Est, quæ quis, apparente & speciosò nomine ad pericula impellitur.

Quot sunt ejus species?

Sunt quinq; Politica, Militaris, Iracunda, Fiduciaria, Inscia.

Quid est Fortitudo politica?

Est, quam leos à cibibus in propugnatio ignominia:

Quid

CAP. I. DE FORTITUDINE. 27

Quid est Fortitudo Militaris?

Est, quæ milites (veteranos cum primis) ob experientiam, & spem præde facit animosos & intrepidos.

Quid est Fortitudo Iracunda?

Est, quæ ex irâ, odio, & vindictæ cupiditate sine certâ consilio proficiscitur.

Quid est Fortitudo Fiduciaria?

Est promittudo temeraria subeundi Labores & pericula, à spe præsidij orta.

Quid est Fortitudo inscia?

Est, quæ pugnat ex ignorantia periculi, donec tandem adversis viribus impar, fugam arripiat.

Quæ sunt extrema Fortitudinis?

Sunt in Excessu Audacia: in Defectu Timiditas.

Quid est Audacia?

Est præceps animi impetus sine ratione bominem ad pericula impellens. Græc. Θραυστης. Sic Ser: Cepio Consul R. contra Cymbros in Italiam irruentes te-

28 CAP. I. DE FORTITUDINE,
merè pugnans octoginta millia militum ac-
misi. Liv. lib. 7.

Quid est Timiditas?

Est tale vitium, quò in confidendo de-
ficiimus, & ea metuimus, que metuenda
non essent. Gracè δηλία. + Sic Pisander
etiam anxius erat, ne suam ipsius animam
alicubi videret, quæ se vivum reliquisset.
Inde Adag. Timidior Pisandro. Erasm.

Da exemplum Fortitudinis?

Exemplum vere fortitudinis exhibet Da-
vid, Goliathum immensum roboris Gigantem
prosternens, ut patriam ab hostibus Phili-
ppis liberaret. 1. Reg. 17. v 49.

Da sententias.

1. Perniciosa est Audacia, si vires non sup-
petant Spiritibus. Erasm. in Apob.
2. Aequus animus est optimum arumne
condimentum. Plaut. in Rud.
3. Omnis animi debilitati, humili, & fra-
eti timiditas servitus est. Cic. Pa-
rad. 6.

Redige

CAP. II. DE TEMPERANTIA. 29

Redige præcipua hujus capitinis membra in Tabellam.

Circa Fortitudinem constat:	1. Etymol.	<table border="0"><tr><td>Latina.</td></tr><tr><td>Græca.</td></tr></table>	Latina.	Græca.
Latina.				
Græca.				
2. Objectum,	<table border="0"><tr><td>φόβος.</td></tr><tr><td>προστάσια.</td></tr></table>	φόβος.	προστάσια.	
φόβος.				
προστάσια.				
3. Divisio, in	Veram.	<table border="0"><tr><td>Politicalis.</td></tr><tr><td>Militaris.</td></tr></table>	Politicalis.	Militaris.
Politicalis.				
Militaris.				
apparētem, qua	<table border="0"><tr><td>Iracunda.</td></tr><tr><td>Fiduciaria.</td></tr></table>	Iracunda.	Fiduciaria.	
Iracunda.				
Fiduciaria.				
4. Extrema in	Excessu.	<table border="0"><tr><td>Inscia.</td></tr><tr><td>Audacia.</td></tr></table>	Inscia.	Audacia.
Inscia.				
Audacia.				
Defectu.	<table border="0"><tr><td>Timiditas.</td></tr></table>	Timiditas.		
Timiditas.				

CAPUT. II.

DE TEMPERANTIA.

Quid est Temperantia?

Temperantia est virtus, mediocritatem circa voluptates servans. + Definit. Arist. Σωφεσούντος θεού μεσότης τοι ηδαις, καὶ λύπαις. l. 3. c. 10.

Unde dicitur Temperantia?

A Temperando, quod voluntates corpo-

C 3 ris.

30 CAP. II. DE TEMPERANTIA.

ris, non quidem omnes, sed eas, que gustu & tactu percipiuntur, moderetur.

Quomodo dicitur Græcè?

Græcè dicitur Σωφερον, quasi σώ-
ζου τὴν Φρόντον, id est, servans sapi-
entiam, restit. Arist. l. 6. c. 5. † Socrates di-
ctam putat q. σωτηρίαν τῆς Φρόντος
conservatrixem sapientiae; Et addit: impos-
sibile esse, ut sit prudentia apud eos, qui
bis quotidie saturi sunt.

Quodnam est objectum Tempera-
rantiae?

Est voluptas, & quidem ea, que po-
tissimum in gusto & tactu consistit.

In utrō autem magis consistit?

In tactu: quia tactus plenior volunta-
tum est fruitio, quam gustus. † Gustus
enim in exigua corporis est parte, nempe
in lingua: tactus vero per totum corpus
diffunditur.

Estne dolor objectum Temperantiae?

Est saltē objectum per Accidens, qua-
tenus

CAP. II. DE TEMPERANTIA. 31

tenus ex nimiō volupratum desideriō, vel
illarum privatione oritur.

Quæ sunt effectus Temperantie?

In Corpore sunt sanitas & pulcritudo: In Animiō, conservatio ingenij judicij, memoriae, alacritas ad exercendas virtutes.

Quæ sunt extrema Temperantie?

Sunt in excessu Intemperantia: In defē-
ctu Stupiditas.

Quid est Intemperantia?

Est vitium frequentissimum, in appetitu concupiscendi modum excedens. Greci Ανολασία. + Sic Balearium Incole unam mulierem à prædonibus captam tribus aut quatuor viris libidinis causa redimebant. Diod. l. 5. c. 6.

Quid est Stupiditas?

Est vitium rarissimum, omnes etiam necessarias honestasq; voluptates spernens. Greci ἀναράστασις. + Sic Origenes ad vivandam venerem se ipse castravit.

32 CAP. II. DE TEMPERANTIA.

Quæ sunt Species Temperantia?

Sunt Tres: Abstinentia: Sobrietas:
Castitas.

Quid est Abstinentia?

Est virtus, mediocritatem in esculentis
servans. Grac. Απόγειος.

Quæ sunt ejus extrema?

Sunt, in excessu Voracitas: In defectu
nimia à cœlo abstinentia.

Quid est Sobrietas?

Est virtus, mediocritatem in poculenta
servans. Grac. Νηψις.

Quæ sunt ejus Extrema?

Sunt in Excessu Ebrietas, vitium fre-
quentissimum, Hellenibus hodiè virtus:
In Defectu nimia potūs averatio, vitium
rarissimum, imò proutio non habendum.

Quid est Castitas?

Est virtus, mediocritatem circa res ve-
nereoas, easq; licitas tenens. Grac. Αγνότης:
Objetum ejus est Venus.

Quæ

CAP. II. DE TEMPERANTIA. 33

quæ sunt ejus extrema?

Sunt in Excessu libido, seu scortatio. †
Sic Cambyses propriam sororem stupravit.
In Defectu affectata omnis veneris aver-
satio. † Sic Diogenes castitatis causâ o-
mnes feminas de arboribus suspensas opta-
bat.

Ecquid castitas latè patet?

Maximè. Ad omnes enim in universum
statūs & etates se extendit. † Ideoq; o-
mnes homines lasciviam & libidinem vi-
tare debent.

Da Exemplum Temperantiae.

Exemplum Temperantiae exhibet Ana-
charsis: Is enim apud Ciceronem dicens;
mibi pulpamentum famæ, cubile solum,
vestis Scytharum tegmen; indicat, natu-
ram parvō contentam, seq; magis fruga-
litate, quam luxu delectari.

Da Sententias.

1. Omnia perturbationum fons est In-
temperantia, Cic: 4. Tuscul. q.

OS

2. Tempe-

34 CAP. II. DE TEMPERANTIA.

2. Temperantia animis pacem adserit, & eos quasi concordiam quādam placat ac lenit. Cic. l. de finib.
3. Non est summa felicitatis nostrae in carne ponenda. Seneca Epist. 75.

Redige præcipua hujus capitinis membra
in Tabellam.

Circum Temperantiam obseru:	1. Etymol.	<table border="0"><tr><td>Latina.</td><td></td></tr><tr><td>Graeca.</td><td></td></tr></table>	Latina.		Graeca.		
Latina.							
Graeca.							
2. Objectum voluptas in	<table border="0"><tr><td>Gusto.</td><td></td></tr><tr><td>Tactu.</td><td></td></tr></table>	Gusto.		Tactu.			
Gusto.							
Tactu.							
3. Effectus, in	<table border="0"><tr><td>Corpoore, Sanitas.</td><td></td></tr><tr><td>animo, Agilitas, &c.</td><td></td></tr></table>	Corpoore, Sanitas.		animo, Agilitas, &c.			
Corpoore, Sanitas.							
animo, Agilitas, &c.							
4. Extrema, in	<table border="0"><tr><td>Exc. Intemp.</td><td></td></tr><tr><td>Def. Stupiditas.</td><td></td></tr></table>	Exc. Intemp.		Def. Stupiditas.			
Exc. Intemp.							
Def. Stupiditas.							
5. Species	<table border="0"><tr><td>1. Abstinentia.</td><td></td></tr><tr><td>2. Sobrietas.</td><td></td></tr><tr><td>3. Castitas.</td><td></td></tr></table>	1. Abstinentia.		2. Sobrietas.		3. Castitas.	
1. Abstinentia.							
2. Sobrietas.							
3. Castitas.							

CAPUT. III.
DE LIBERALITATE.
(Aristoteles l. 4. Ethicorum.)

Quid

CAP. III. DE LIBERALITATE, 35

Quid est Liberalitas?

Est virtus in erogandis pecunias parvis
mediocritatem servans. † De finit. Aristot.
Ελευθεριώτης ὁ τη μεσότης, οὐδὲ τὰ χει-
ματα. l. 4. c. 1.

Unde dicitur Liberalitas?

Vel à voce Liber, quod homine liber
sit digna. Vel à Liberando, quod benefi-
cia à liberali profecta alios à necessitate
liberent.

Quodnam est objectum Liberali-
tatis?

Objectum sunt opes parvæ seu medio-
cres, circa quas ratione usus & possessionis
versatur Liberalis. † Usus tamen posses-
sioni prestat.

Viri Liberalis officium in quibus
consistit?

In duobus: 1. In Dando. 2. In Acci-
piendo.

In utrō magis consistit?

In dando magis: 1. Quia virtus magis
G 6 in actione

36 CAP. III. DE LIBERALITATE.
in actione quam passione, consistit. 2. Quia
usus pecuniarum in erogando magis, quam
in accipiendo cernitur.

Quæ sunt observanda viro liberali
in dando?

Tria. 1. Finis, qui si non nisi honoris
& favoris conciliatio. 2. Modus, ut ni-
morum dignus; ut pro modō facultatum;
ut accipienti proficuum; & ubi honestum
& Tempus sit, detur. 3. Actus seu vo-
luntas dantis, qua sit propensa, prompta &
bilaris. Hilarem enim datorem amat
DEus.

Quæ sunt observanda viro Liberali
in Accipiendo?

Quatuor. 1. Non per fas & nefas ac-
quirat, ne avarus habeatur. 2. Non si
importunus petendo, sed libentiūs det,
quam accipiat. 3. De suis tantum bene-
faciat. 4. Sanctis rationibus facultates
suas augere studeat.

Quomodo astimanda est Liberalitas?

Non ex donorum quantitate, sed ex
animæ

CAP. III. DE LIBERALITATE. 37

animō & facultatibus ipsius dantis. † Sic
& pauperes possunt esse liberales, et si dona
eorum non videntur ponderosa.

Ecquid vir liberalis facilē ditescit?

Non facile, quia per se non magni-
fimat pecuniam, sed tantum, ut illā aliis
benefacere possit.

Quae sunt Extrema Liberalitatis?

Sunt in Excessu Prodigalitas: Gr. ἀστολία.
in Defectu Avaritia. Gr. ἀνελευτερία.

Quid est Prodigalitas?

Est vitium, quo in dando modum ex-
cedimus, non habita ratione circumstantia-
rum circa dandum obseruantarum. † Sic:
Glaucus, alendis equis facultates suas ex-
hauciebat. Erasm. in Adag.

Quid est Avaritia?

Est vitium, quo in accipiendo modum
excedimus; non habita ratione justitiae aut
equitatis. Dicitur ab aurō & avendo. †
Sic Simonides Poëta, nemini ob auri famem
beneficiebat. Plutarch.

C 7

quid.

38 CAP. III. DE LIBERALITATE.

quid sequitur Prodigalitatem?

Paupertas: quia fieri non potest, ut privatus homo semper habeat, unde det, sed cogitur tandem egere. + Liberalitas enim versatur tantum circa pecunias parvas.

Estne Prodigalitas Avaritiâ melior?

Est sane: 1. Quia facilius ex prodigo, quam ex avaro liberalis fieri potest. 2. Quia prodigus non ex malitiâ, sicut avarus; sed stultiâ errat. 3. Quia prodigus suis opibus multos alios juvat: avarus autem negâ sibi negâ alia benefacit.

Dicitur Avaritia recte vitium in-sanabile?

Immò dicitur: quia Avaritia vel omnino sanari non potest, vel difficulter. Tum eò virio ut plurimum senes laborant, qui mores suos vix mutant. Præterea natura homines sunt ad avaritiam proclives.

Da Exemplum Liberalitatis?

Exemplum ejusmodi exhibet Cimon Atheniensis Miltiadis filius, quem semper perdissequens cum nummis est secutus, ut, si quis

CAP. III. DE LIBERALITATE. 39

quis opis ejus indigeret, haberet, quod si-
tim daret, ne differendo videretur negare.
Æmil. Prob.

Da Sententias.

1. Homini, quantumvis quaestuosus fit, si ta-
men est sumtuosus, nihil superest.
Plin.
2. Ea Liberalitas est probanda, que sine
periculō existimationis est. Cic. 4. Att.
in Verrem.
3. Avaritia fidem, probitatem, ceterasq; bo-
nas artes subvertit. Salust.

Redige præcipua hujus capitinis membra
in Tabellam.

Circa Li- berat: no- tentur,	1. Etymol: à Liberando.
	2. Objectum, Opes.
	3. Viri Liber: Offic. in { dando. accipiendo.
	4. Extrema in { Exc. Prodigal. Def. Avaritia.

CAPUT.

CAP. IV. DE MAGNIFICENTIA.



CAPUT. IV.

DE MAGNIFICENTIA.

Quid est Magnificentia?

Est virtus, in erogandis pecuniis magnis
mediocritatem servans. † Def. Arist.
ἢ μεγαλοπέπεια ὅτι δαπάνη ἐν μεγά-
θαι πέπεπον. l. 4. c. 2.

Unde dicitur Magnificentia?

A magnificiendo: ideoq; *Magnificus* non
tām dicitur *is*, qui in summō honoris grā-
du est consūtutus, quām qui magna potest
sumtibus p̄f̄stare.

Quomodo dicitur Græcē?

Dicitur *Μεγαλοπέπεια*, quasi τὸ πέ-
πον ἐν μεγάλοις. Quod novisse debeat
Magnificus, quō paciō sumitus magni deco-
rē sint impendendi.

Quodnam est objectum Magnifi-
centiæ?

Objectum ejus sunt pecunia magna.
Magnifi-

CAP. IV. DE MAGNIFICENTIA. 41

Magnificentia in quibus consistit?

In tribus. 1. In Personâ 2. In Operibus. 3. In Sumptibus.

Qualis debet esse Magnifici persona?

Debet esse non plebea, sed Princeps; sanguine clara; in summô officio constituta; divitiis honestè partis affluens. † Matri-terrix ergo magnifica esse non potest, licet expendat sumptus magnos.

Qualia debent esse Magnifici opera?

Opera, in qua Magnificus sumptus im-pendit, debent esse publica, splendida, dura-bilia, utilia. † Ut sunt: Templa, Reditus ecclesiastici, Academiae, Arces, Propugna-cula, &c.

Quales debent esse sumptus Mae-gnifici?

Sumptus debent esse multi & magni, cum debeant fieri largiter & copiosè.

quotuplex ergo est viri Magnanimi officium?

Multiplex sane. 1. Non ostentationis aut fasti, sed solius honestatis gratia sumptu-faciata.

2. Cum

42 CAP. IV. DE MAGNIFICENTIA.

2. Cum animi oblectatione sumtus impendat ; legebus tamen Liberalitatis observatis.
3. Talia efficiat opera , quæ elegantia sua impensas superare videantur . 4. In omnibus seipsum respiciat , & se digna ac facultatibus suis congrua faciat . &c.

Curetne etiam Magnificus res privatas ?

Maxime , & quidem magnos sumtus impendendo 1. In negotia solemniora . 2. In solemnia convivia . 3. In dona & honora eximia . 4. In sumtibus faciendis semper pro ratione personarum ac rerum , in quas sumtus magnos effundit , observes decorum .

quæ sunt Extrema Magnificentæ ?

Sunt , in Excessu Luxus , seu inepta Splendoris affectatio : In Defectu Sordes , seu Parvifcentia .

Quid est Luxus ?

Est vitium , quô modus & decorum in faciendis magnis sumtibus non observatur .

Grac.

CAP. IV. DE MAGNIFICENTIA. 43

Grec. Βαβυλονία. † Sic Babylonij turrim
adficare moliebantur, cuius culmen calum
attingeret Gen. 9.

quid est Parvifcentia?

Est indecora & intemperativa in magnis
& splendidis operibus parsimonia. Græc.
παρεγγέπεια. †

Da Exemplum Magnificentiae.

Exemplum Magnificentiae exhibent Israē-
litæ, qui ad structuram Tabernaculi tan-
tum honorarij afferrebat, ut plus adfer-
re prohibiti sint. Item Alphonsus Hispa-
nus, Castelle Rex, quadraginta millia aureo-
rum contulit in Mathefin, ut obscurata per
conjunctas multorum Artificum operas in
lucem revocaretur.

Da Sententias.

1. Multi patrimonia sua effuderunt incon-
sulte largiendo. Cic. 2. off.
2. Absque sumtu Magnificentia non est.
Arist. 3. Ethic. ad Eudom.

3. Non

44 CAP. V. DE MAGNANIMITATE.

3. Non ita claudenda est res familiaris,
ut eam benignitas aperire non possit.

Redige præcipua hujus capituli membra
in Tebellam.

Circa Magni- ficentiam nos- centur.	1. Etymologia	Latina.
	2. Objectum, Pecun. Magnae-	Græca.
	3. Subjectum	Fœrma.
	4. Extrema in	Opera. Sumptus.
		Exc. Luxus. Def. Sordes.

CAPIT. V.
DE MAGNANIMITATE.

Quid est Magnanimitas?

Est virtus, in magnis & debitibus ho-
noribus expertus mediocritatem ser-
vans. Græc. μεγαλοψυχία + Defin. A-
rist. Μεγαλοψυχία ἡσὶ μεσότης τοῖς π-
ρούνι καὶ αὐτομίαι. l. q. c. 7.

Unde

CAP. V. DE MAGNANIMITATE. 45

Unde dicitur Magnanimitas?

A magnè Animo, quasi Magnitudo ani-
mi, utpote ad quam magnus & excelsus
requiritur animus, & cor Spiritus & ca-
loris plenum.

Quodnam est Objectum Magnani-
mitatis?

Est honor magnus. ¶ Cum enim Ma-
gnanimus magnis sit dignus, magnis quo-
que sese dignum estimat.

Quid est Honor?

Est Bonorum externorum maximum,
quod non solum hominibus, sed etiam Deo
debetur.

Magnanimus in quibus virtutibus
debet excellere?

In omnibus. Est enim dignus maximò
honore. Maximus autem honor non nisi
maximis virtutibus debetur. Tum Magna-
nimitas ornamentum quasi est omnium
virtutum.

Officium

46: CAP. V. DE MAGNANIMITATE.

Officium Magnanimi circa quas res
versatur?

Versatur. 1. Circa Honores. 2. Circa
res tam secundas, quam adversas.

Quotuplex est ejus offic. circa Hos-
notes?

Est quadruplex. 1. Magnos honores,
et quidem a magnis et bonis expectat. 2. Pro-
pter honores sibi delatos animo non effera-
tur. 3. Ex rebus parvis sibi honorem non
acquirat, nec vulgi plausum capiat. 4. Ne
infamiam et hominum convicia moretur,
cum ea preter meritum sibi accidere sciatis.

Anne igitur vir Magnanimus injuriam
recordari debet?

Non debet; nisi sit famosa, et exis-
tione ejus tollat aut immiuat. + Con-
tentu enim fame virtus quoque contemni-
tur. Cornel. Tacitus.

Quotuplex est Magnanimi Officium cir-
ca res secundas & adversas?

Duplex; 1. Omnem fortunam decen-
ter ferat, et quidem ita, ne in rebus secun-
dis:

CAP. V. DE MAGNANIMITATE. 47

dis animum efferat, nec in adversis cùndem
despondeat. + memor illius Ausonij: Cum
Fortuna micat, caveto tolli: cum Fortu-
na tonat, caveto mergi. 2. Non tamen
Fortunæ bona prorsus despiciat, sed ea-
dem nonnihil ad magnanimitatem conferre,
statuat.

Quæ sunt Extrema Magnanimitatis?

Sunt, in Excessu Fastus: in Defectu Pu-
llanimitas.

Quid est Fastus seu Arrogantia?

Est vitium, quo quis majores honores
afficit, quam promeritus est, resq; secun-
das jactat. Grac. Χανόντες. + Sic Timo-
theus Dux Atheniensis cum in picturâ quadâ
sedormiente fortunam urbes capere videret,
fastuosè dixit: Hoc ego feci, non fortuna.
Plutarch.

Quid est Pusillanimitas?

Est vitium, quo quis honores sibi jure
debitos respuit. Grac. Μικροψυχία.

Dal

48 CAP. V. DE MAGNANIMITATE.

Da Exemplum Magnanimitatis?

Exemplum exhibet Philippus Macedo Alex. M. Pater, qui omnes convitatores patientia victos amicos sibi reddidit, regium, existimans, esse, bene facere, & tamen male audire. Item ipse Alexander filius, qui puer adhuc ad currendum ludis olympiae stadiū à Patre excitari noluit, nisi Reges adversarios habiturq; esset. Plutar. in Reg. A. poplbtbeg. Da Sententias.

1. Facilitas est, fastu mentis id agente, maja, quā sunt, de se promittere. Hugo.
2. Si Magnanimus fueris, nunquā judicabis tibi contumeliā fieri. Seneca de q. Virtut.
3. Hominis extremè improbi est, negligere, quid de se quisq; sentiat. Cic, 2. Offic.

Redige præcipua hujus capitū membrā
in Tabellam.

{ 1. Etymologia N.

2. Objectum, Honor magnus.

Circa Magnanimitatem noten-
tur.
3. Officia Magna- { Honore,
nimi in { Rebus { secundis,
adversis,

{ 4. Extrema in { Excess, Fastus.
Def. Pusillanimitas.

CAPUT

CAPUT. VI.
DE MODESTIA.

Quid est Modestia?

Est virtus, in parvis honoribus recte extetendis vel contemnendis mediocritatem servans. **t** Apud Gracos est quidem haec virtus ἀνώνυμη, quia interdum ejus extrema in bonam partem accepta, pro ipsa virtute ponuntur. Arist. l. 4. c. 4. Generaliter tamen Φιλοτιμία dicitur.

Unde dicitur Modestia?

Dicitur vel à modō, quem in honoribus servat: vel à modicō, ut Varro putat.

Quomodo differt à Magnanimitate?

Differt ab eā objecti quantitate: Magnanimitas enim circa magnos, Modestia circa parvos honores versatur.

Quod igitur est objectum modestiae?

Objectum ejus sunt Honores parvi & modici.

D

Qualis

50 CAP. VI. DE MODESTIA.

Qualis hic intelligitur Honor?

Intelligitur (ut etiam in praecedenti capite) honor honorantis, quem alias Bonum nomen & famam, veramq[ue] gloriam appellare licet.

Quotuplex est officium viri Modesti?

Duplex. 1. Debitos & justos honores appetat. 2. Honores eos, qui licet ipsi debentur, nec tamen exhibentur, contemnunt.

Quæ virtus cognata est Modestia?

Humilitas Christianorum, vel animi demissio, quâ quis propria modice extenuat, & submissè se gerit, ac interdum aliquid de jure suo remittit, in DEI gloriam, & Ecclesia commodum.

Quæ sunt Extrema Modestia?

Sunt in excessu Ambitio; in defectu Contemptus honorum.

Quid est Ambitio?

Est vitium, quô parvos seu mediocres honores nimium & prater rationem exceptimus

CAP. VI. DE MODESTIA. 51

petimus, Græc. Φιλούμια. † Sic Menecrates Medicus, cùm morbō quosdam desperatos sanasset, Jovem ambitiosè se appellavit. Elian: l. 12.

Quid est Contemptus honorum?

Est vitium, quō honores etiam Saniorum judiciō & divinō mandatō nobis debitos præter modum & rationem aspernatur. Græc. ἀΦιλούμια. Sic Diogenes canis quām Philosopbus appellari maluit. Et Carlstadius, titulō Doctoris deposito, frater Andreas dici tantum voluit. Acta colleg: Theolog: Witeb.

Da exemplum Modestia.

Exemplum Modestia exhibet Alexander Macedo, qui ex vulnere acceptō humnam imbecillitatem sentiens, divinos sibi honores amplius tribui soluit. Plutarch. in Reg. & Imp: Apoph.

Da Sententias.

Ad res injustas facile impellitur, qui gloriæ cupidus est. Cic. 1. Offic.

D 2

2. Prom-

32 CAP. VII. DE MANSUETUDINE.

2. Promuarium virtutum Modestia est.

Menand:

3. Omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit babere, contemnit. August.

Redige præcipua hujus capituli membra
in Tabellam.

Circa Modestiam no-	1. E symlogia N.	{	Debitos honoris appetere. Detractos com- temnere. Exc. Ambitio.
	2. Objectum : Honores parbi.		
	3. Modestii Offic:		
	4. Extrema in Def. Contemnere bonorum.		

CAPUT. VII.
DE MANSUETUDINE.

Quid est Mansuetudo?

E Si virtus, circa iram mediocritatem se Evans. Græci περιότης. + Desini. Aripi περιάνθης ἡσι μεσόνης τοῦ ὄγκας L.4.c.5. sec. Unde

CAP. VII. DE MANSUETUDINE. 53

Unde dicitur Mansuetudo?

Dicitur quasi manu facta assuetudo,
quod omnia, que sunt à naturā fera, ma-
nuum permulsione mirescant.

Quodnam est Objectum Mansue-
tudinis?

Objectum Internum est Ira. Externum,
quod iram concitat. † Illt sunt: damna,
convictia, injuria, & precipue centemus
noſtri, noſtrorumqz.

Equid omnis Ira est vituperanda?

Non omnis, sed ea tantum, que mo-
dum excedit. † Quia & in DEum cedit
ira, in quō tamē nihil est vitiū: tūm eiū
nulla societas humana sine irā regi. & con-
ſistere potest.

Quodnam est officium viri Mansueti?

In genere cohibeat iram. In specie
verō habeat rationem i. Objecti; ne scilicet
irascatur propter quasvis, sed tantum pro-
pter justas causas. 2o Personarum; ne
invis indiscretè irascatur verum tantum
sceleratio & improbis. 3o Modi; ne
D 3. irā

54 CAP. VII. DE MANSUETUDINE.

irâ perturbatus indecorum committat,
4. Temporis & loci: ne semper & ubiq;
irascatur; sed tûm & ibi, cum & ubima-
ximè decet. 5. Magis sit propensus ad igno-
scendum, quam irascendum.

Quibus autem non est irascendum?

Superioribus, bene de nobis meritis, &
veniam precantibus irascendum non erit.

Quæ sunt Extrema Mansuetudinis?

Sunt in Excessu Iracundia: in Defectu
Lenitudo, seu ire vacuitas.

Quid est Iracundia?

Est vitium, quô prater modum abs:
que justis causis ire quis indulget. Grac.
op̄yloctns. + Sic Cresiphon Pancratista
per iracundiam mulæ calcitranti recalci-
travit. Theat: Zwing. f. 91. ex Plutarcho.

Quot sunt species Iracundia?

Sunt tres: Excandescens: Amaru-
lentia: & Asperitas.

Quid est Excandescens?

Est vitium, quo quis subito & aperi-
levè de

CAP. VII, DE MANSUETUDINE. 55
levè de cansà irascitur, & citò iterum
placatur. Græc. Αὐροχολία † Sic Ho-
ratius naturà subitò excandescet, sed fa-
cile placabatur, uti ipse testatur hoc Versu:
Irasci facilis, tamen ut placabilis essem.

Quid est Amarulentia?

Est vitium, quô tardius quidem quis
irascitur, sed iram animo conceptam râm-
diu fover, donec se vel vindicare possit, vel
diuturnitate temporis iram decoxerit. Gr.
παιγνίδιον. † Sic Absolon per biennium
iram fovit adversas Ammonem fratrem,
donec eum in convivio trucidari jussit.
2. Sam. 13.

Quid est animi Asperitas?

Est ira gravis & aperta, qua abs-
que vindicta placari non potest. Grac.
βαρυτυπία. † Sic C. F. Cæsar audiens a-
lquot millia agmina militum concisa esse,
juravit, se capillos non rasurum prius,
quam imperfectores puniisset. Polynæus. l. 8.

Quid est Lentitudo?

Est vitium, per quod ne quidem adjustam

D 4

&

56 CAP. VII. DE MANSUETUDINE.

Et necessariam iram quis se commoveri patitur. Grec. ἀρεγνοία. + Sic Socrates se locio à Xanthippe Uxore conspergi passus est. Gellius. I. i. c. 17.

Da exemplum Mansuetudinis?

Exemplum veræ mansuetudinis exhibet ipse Salvator noster Christus, qui se mansuetum & humilem corde vocat Matt. 11. cuius exemplum omnes imitari meritò debemus. Da Sententias.

1. Ne zerbā per irām proferamus. sed verità ixām compescamus. Aristip:

2. Humanum est, humanis casibus in genitacere. Herod. L. i.

3. Principis in facinorosoſe lenitas quid aliud est, quā in bonos crudelitas? Plat: Apoph.

Redige præcip: hujus C. n. ēbra in Tabelā,

Circa M. ſuſt: obſerpt:
1. Etymon. { Internum, Ira,
2. Objectum { Externum. quod irā concitat
3. Mansueti Offic: { Generale.
Speciale quadruplic:

4. Extre: in { Exc: Iracundia, { Excandescētia
cujus species { Amarulentia
Crudelitas.

Def: Lentitudo. CAPUT



CAPUT. VIII.
DE COMITATE.

Quid est Comitas?

EST virtus homilitica, in quotidiano congressu & cōversatione eam mediocritatem servans, ut nemine offensō omnibus honestē placere studeat. Græcis ἀνώνυμος.

Quomodo autem dicitur Aristoteli?

Dicitur ipsi Φιλία, seu Amicitia, propter convenientiam, quam cum ea habet: † admodum enim ad conciliandam amicitiam hec virtus accomodata est. † (Aristot. ΔιαΦέρει δὲ τῆς Φιλίας. ὅτι ἄνευ παιδείας οὐχὶ γέγονται σέργειν, οἷς ὁμιλεῖ. l. q. o. b.)

Ergo Comitas & Amicitia non
differunt?

Maximè differunt: Amicitia enim tantum ad notos & familiares extendit, qui se mutuo amore amplectuntur: Comitas verò tam ad ignotos & peregrinos,

Ds quam

58 CAP. VIII. DE COMITATE.
quām ad notos & familiares pro ratione
decori se extendit.

Cur Comitas dicitur virtus homilitica?

Quia in quotidiana (ut & sequentes
duo) conversatione potissimum conspici-
tur.

Quodnam est Objectum Comitatis?

Internum sunt Animi Voluptates &
Dolores ex rebus serijs in quotidiana con-
versatione. Externum est communio
dictorum & factorum in eādem.

Quis est finis Comitatis?

Est Honestas cum Utilitate.

Quae sunt officia viri comis?

1. Det operam, ne offendat, sed dele-
ctet potius eum, quōcum conversatur, ha-
bitā tamen ratione honestatis. 2. Habeat
rationem Personarum, quibuscum versa-
tur, singulisq., pro conditione & dignita-
te earum, tribuat, quod ipsis debetur.
3. Non spectet presentem voluptatem aut
molestiam, sed eam, qua secutura est. †

Itaq;

CAP. VIII. DE COMITATE. 59

Itaq; si videt, suam reprehensionem posse aliquando utilitatem adferre ei, quem reprehendit, maiorem, quam in præsentia est molestia, eam minimè intermitat.

Quæ sunt Extrema Comitatis?

Sunt in Excessu Assentatio : in Defectu
Morositas.

Quid est Assentatio?

Est vitium, quô præter modum & honestatem in omnibus dictis & factis placere quis studet ijs, quibus cum versatur. Grac. dicitur Aægœnæsa. Hoc vitium in Regum & Principum aulis est frequentissimum: hinc Adulatio ab aula dicta putatur. Sic Gnaio Parasitus Terentianus Thrasoni Mili glorioſo assentatur. Terent: in Eunuchô.

Quid est Morositas?

Est vitium, quô quis nulli se in conversatione accommodat, aut placere studet, sed cuiusq; dicta & facta improbat ac sugillat. Grac. διοκολία, quod mutuam amicitia conglutinationem impedit. † Sic De-

60 CAP. VII. DE COMITATE.

mea Terentianus Mitionis fratri dicta &
facta morosè improbat. Terent: in Adelph:

Da Exemplum Comitatis.

Exemplum comitatis exhibet Matio Terentianus, qui non solum modestè ferebat
fratris Demae morositatem, sed eundem
etiam comitate suā in suam de filio educandō pertrahebat opinionem. Terent: in
Adelph. Da Sententias.

1. Adulatores non tantū sunt suorū Domini
norū arrisores, sed etiā arrosores. Seneca;
2. Conciliat animos Comitas, affabilitas q̄
sermonis. Cic. 2. Offic.
3. Morositas est coniubernalis solitudinis.
Plato in Dionys:

Redige præcip: hujus cap: mēbra in Tab:

Circa comit: noteptur.	1. Objec:	2. Comis offic:	3. Extrema in:	Internum, Animi	Voluptates.
				Externum, communis	Dolores.
				Presentē	Dicitorū.
				Personas respicere.	Faciōrū.
				Feliciter.	Molestiā Etare.
				Assentari,	CAPUT
				Des: laurosis,	



CAPUT. IX.

DE VERACITATE.

Quid est Veracitas?

Est virtus homiliica per quam id, quod in quolibet re verum est, solius veritatis amore simpliciter & aperte fatemur, nihil addendo vel detrahendo. Gracis, Αρώνυμος (ωδί τὰ ἀντα δὲ χειρόν οὗτον, ηγή ή τῆς αλαζονείας. Phil. l. 4. c. 7.)

Unde dicitur veracitas?

Averō: verum autem à particula VE; que vehementiam significat: & RES: quia verum non debet esse inanis verborum sonus, sed solida res.

Quodnam est Objectum veritatis?

Objectum ejus Primarium est Ipsum Verum factis & verbis ita expressum, ut nihil sit fictum, simulatum nihil, nihil falsum: Grac. τὸ Αλητές. Secundarium est com-

D. 7. muni-

62 CAP. IX. DE VERACITATE.

municatio dictorum & factorum in quotidiana hominum conversatione.

Quodnam est offici viri veracis?

1. Sit Bonus & justus. 2. Sit Veritatis studiosus, & vera de rebus affirmet. 3. Fugiat mendacium. 4. Magis sit proclivis ad sua extenuanda, quam amplificanda. Quoniam, quis majora sibi tribuit, eò plus alijs detrahitur.

Quae sunt Extrema veracitatis?

Sunt in Excessu Arrogantia: in Defectu Dissimulatio.

Quid est Arrogantia?

Est vitium, quô quis ea, quae non habet sibi arrogat. Græc. Αλεξονεία. Sic Thraso Miles apud Terentium, se solum in gratiâ apud Regem esse arroganter jaellitbat: Item vetus proverbium, Lepus tutes, & pulmentum queris; pro suo venditare conabatur. In Eunucho.

Quot sunt genera Arrogantium?

Sunt duo. Unum est eorum, qui ex sola vanitate, quâ delectantur, se ipsos jactant, etiam si

etiam si nihil commodi inde sperent. Alterum est eorum, qui lucri vel commodi gratia se iactant, ut gloriam, honorem, quæsum consequantur. † Et hi prioribus sunt deterioriores.

Quid est Dissimulatio?

Est vitium, quo quis vel negat ea, quæ sibi insunt, vel minora, quam insunt, ex tenuando facit. Grec. ἐἰρωέια. † Sic Ulysses dissimulavit sanam mentem, ne ad bellum Trojanum iret. Cic. 3. offic.

Quot sunt genera Dissimulationis?

Sunt etiam duo: unum est eorum, qui modicè dissimulant ea, quæ sunt ceteris minus nota, ut scilicet suspicionem arrogantiæ vivent. Alterum est eorum, qui dissimulant ea, quæ alijs nota sunt, ut hanc ratione ab alijs laudentur. † Hi prioribus sunt pejores.

Quodnam est horum Extremorum commune Genus?

Utriusque extremorum, & Arrogantiæ scilicet:

64 CAP. IX. DE VERACITATE.

ſet: & Difſimulationis commune Genus eſt
Mendacium. Grec: Ψεῦδος.

Quid eſt Mendacium?

Est vitiū, quō falſum animō fallendi ſigni-
ficiatur, occulta ō verō, ubi opus eſt prolatō.

Quot modis fit Mendacium?

Variis modis: vel verbis, vel factis:
vel nutu, vel gestu: vel ſilentiō, vel occul-
tatione veri.

Quotuplex eſt Mendacium?

Triplex. 1. Jocolum, quod juci & de-
leclandi, non decipiendi cauſā cōmittiūr. †

Sic P. Scipio, propter naſi magnitudinem
Nasica dictus, mentiebatur, Ciceroni ex-an-
cillā, num domi eſſet, per contanci clarā
voce ipſe rēpondens: Non tuus domi.

2. Officolum, quod nonnullis prodeſt,
nec tamen bonis obeft. † Sic obſtrices

piae mentiebantur Pharaoni. Exod. 1.

3. Pernicioſum, cum quis ſtudiō fallendi
contra alium falſum profert. & hoc pro-
priè eſt Mendacium. † Sic ſerpens men-
titus fuit Eva, ea inq; cum adamo in exitium
detrauiſit. Gen. 3.

Da-

CAP. IX, DE VERACITATE. 65

Da Exemplum Veracitatis.

Exemplum Veracitatis exhibent Persæ, qui filii suis per omnes etatum gradus inculcårunt, ut mendacium fugientes vera semper loquerentur. Herodot. l. 1.

Da Sententias?

1. Arrogantia molesta est, plurimūq; invīdia procreat. Plutarch.
2. Melius est pro Veritate pati supplicium, quam pro Adulatione beneficium. Anon.
3. Vir bonus præstare debet, ne mentiatur, prudēs, ne mendaciū dicat. Gell: l. II, c. II.

Redige præcipua hujus cap. membra in Tabellam.

1. Etymolog:	VE,
	RES.
2. Object:	Primar: ipsum Verū ex- { verbi. pressum } fatti.
	Secund: communicatio { dictorū. factorū.
3. Officium Veracis quadruplex.	
4. Extrema in { Exc: Arrogantia, Def: Dissimulatio.	
5. Horum commune genus, { Jocosum. Mendacium } Officiosum. Perniciosum.	

CAPUT



CAPUT. X.
DE URBANITATE.

Quid est Urbanitas?

Est virtus homilitica, in jocis vel in alios exercendis, vel ab aliis ferendis mediocritatem servans. † Grac. ἐυτελεία, q. ἐυτεπία, id est, mōrum flexibilitas. Hinc faceti, quasi fando flexiles (ἐυτελεῖς προσαγόρευονται, οὐον ἐυτεποι τὸ γόνθης αἴτιοι εἰτα δοκίσι πνήσεις εἴναι. l. q. c.

Unde dicitur Urbanitas? 8.)

Ab Urbe: quia homines in urbibus magis reperiuntur morati, quam in pagis.

Quodnam est objectum Urbanitatis?

Sunt Joci politici, liberales, & decori, qui non solum oblectent, sed etiam erudiant Auditores, & adeo sale sapientiae sint conditi.

Officium Urbani quodnam est?

1. Jocum liberalem & honestum exerceat.

2. Loci,

CAP. X. DE URBANITATE. 67

2. Loci, temporis, personarum, et atatis & statuum rationem habeat.
3. Jocos non inanes sed prudentiam redolentes exerceant.
4. Obscenitatem in Jocis fugiat, ne audiennes & imprimis juniores offendat. Paxcendum enim pijs auribus.
5. Jocos à se prolatois in se refundi patiatur ab aliis.
6. A virulentis scommatis & convitiis abstineat.
7. Non affectate, sed naturalè quandoam gratiâ jocetur.

Quæ sunt extrema Urbanitatis?

Sunt in Excessu Scurrilitas: in Defectu
Rusticitas.

Quid est Scurrilitas?

Est vitium, quâ quis in jocando & modum & decorum excedit, id solum agens.
ut risum excitet. Grac. Βωμολοχία. ¶
Sic ipse Cicero facetus haberi volens, jocos nimios affectasse dicitur. Quod vitium tam multifariae virtutes in ipso fulgidissima faciliè obfuscarunt.

Quæ sunt proprietates Scurræ.

Sunt duæ præcipue. 1. Scipsum & alios
alio

68 CAP. X. DE URBANITATE.

aliis deridendos propinat, ut saltē risum ceteris moveat. 2. Neg_s sui neg_s aliorum rationem habet, sed ea dicit, quæ probus nec facile dixerit, nedum audierit.

Quid est Rusticitas?

Est vitium, quō quis nec ipsem̄t jocos commodē profert, nec sibi illatos equō animō perfert. Græc. Αγεονία. + Sic Pythagoras à risu & familiaribus jocis planè abstinuisse scribitur.

Da Exemp̄um Urbanitatis?

Exemplum Urbanitatis exhibet Lucius Crassus, Orator Romæ admodūm lepidus & hilaris, cuius in jocando urbanitatem & leporem non solum Cicero libro 1. Off: sed & Catulus 2. De Oratore commendat.

Da Sententias.

1. Qui semel est Scurra, nunquam fiet patrifamilias. Cic. pro Quinto.

2. Nullum est vitæ tempus, in quō non debeat leporem humanitatemq; versari.
Cic. 2. de Orat.

3. Rusti-

CAP. X. DE URBANITATE. 69

3. Rusticus, qui nec incessare vult, nec re-
det incessum ire existimat, sed excande-
scit. Arist. M. Mor. I. c. 28.

Redige præcipua hujus capitinis membra
in Tabellam.

Circa Ur- banitat: no- tentur.	1. Etymol: ab Urbe.
	2. Objectum, foci Liberales
	Decor.
	3. Offic. liberalis septiforme:
	4. Extrema, in Exc: Scurrilitas.
	Def: Rusticitas.

CAPUT. XI.

DE JUSTITIA, JURE, ET
ÆQUITATE.

(Aristot: l. 5. Ethicorum ad Nicom:)

Quid est Justitia?

Et virtus, quâ Homines apti sunt ad ar-
gendum eâ, que justa sunt, eadem
que etiam agunt & volunt. Grac:
dinaisostoun. f Defin: Aristot: Δικαιοσύνη^η
δέν εξις αφ' ης περικλεοί τῶν δικαίων
εἰσι,

70 CAP. XI. DE JUSTITIA.

εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἣς δικαιοπέμπεται, καὶ βέλονται τὰ δίκαια. l. 5. c. 1.

Unde dicitur Justitia?

A jure: quod sit Juris status, vel quod
Jus in eisdem statutis.

Quotuplex est Justitia?

Duplex: Universalis & Particularis.

Quid est Justitia Universalis?

Est virtus, qua obedientia præstatur omnibus legibus in humanâ societate, que ipsam regitur.

Quodnam est Subjectum Justitiae universalis?

Est jus vel justum, seu omnes virtutum actiones, quatenus legibus mandantur.

Quid est Justitia particularis?

Est virtus, in rerum distributione & commutate justam & equalitatem servans. Gratiæ, Æqualitas, que bellum non parit.

Quodnam est Objectum Justitiae particularis?

Objectum ejus sunt Bona externa, & fortunæ temeritati subjecta. Quo-

CAP. XI. DE JUSTITIA. 71

Quotuplex est Justitia particularis?

Est duplex: Distributiva & communitativa.

Quid est Justitia Distributiva?

Est, quæ in distributione bonorum & malorum externorum dignitatis Personarum, & equalitatis Rerum rationem habet.

quodnam est objectum Justitiae distributivæ?

Objectum ejus sunt Bona & Mala externa: videlicet Honores, Dignitates, Praemia, Pecunia, Officia, Labores, Pena, Castigationes, Supplicia, &c.

quibus personis competit Justitia commutariva?

Iis ut plurimum, quæ publicum aliquod munus sustinent. Ut sunt: Magistratus, Paterfamilias, Praceptor, &c.

quam servat hæc Justitia proportionem.

Geometricam: Ubi Personarum dignitas, & Rerum distribuendarum premium spectatur.

quæ

71 CAP. XI, DE JUSTITIA.

Quæ sunt Extrema Justitæ distributivæ?

Sunt, in Excessu Injustitia nimis, In Defectu Injustitia nimis parvi.

Quid est Justitia Commutativa?

Est, quæ in Contractibus & rerum permutatione eam servat equalitatem, ut quisque suum consequatur.

Quodnam est Justitæ commutativæ Objectum?

Est ipsa Rerum privatuarum commutatio.

Quibus Personis competit?

Privatis: quia Personarum dignitatem depositâ omnem inegalitatem corrigit: Unde etiam Aristoteli dicitur Correctiva.

Quæ sunt ejus Extrema?

Sunt, in Excessu nimium lucrum: in Defectu Damnum.

Quam servat proportionem?

Arithmeticam: ubi non Personarum dignitas, sed saltem Rerum equalitas spectatur.

Quomo.

CAP. XI. DE JUSTITIA. 73

quomodo subdividitur Justit: com-
mutativa?

In eam, que versatur circa contractus
voluntarios, & eam, que circa invitatos.

Qui sunt contractus voluntarij?

Sunt, qui fiunt inter consentientes & vo-
lentes.

Quot sunt Contractus voluntarij?

Sunt Sex: 1. Emissio & Venditio. 2. Mu-
tuum. 3. Sponsio. 4. Commodatum.
5. Depositum. 6. Locatio & Conductio.

Quid sunt Emissio & Venditio?

Sunt, cum interveniente precio domi-
nium alicujus rei transfertur ad alterum.

Quid est Mutuum?

Est, cum ita rem aliquam ab aliquo ac-
cipimus, ut similem specie & valere rispi-
tuamus.

Quid est Sponsio?

Est, quam fidem nostram ad alienam pro-
missionem exponimus, eâ conditione, ut si

E pro-

74 CAP. XI. DE JUSTITIA.

promittens non præstiterit, nos ad præstan-
dum sumus obstricti. ¶ Dicitur alias Fide-
jusso.

Quid est commodatum?

Est cum aliquid ab aliquo in suum no-
strum accipimus, & postea idem numerō &
qualitate restituimus.

Quid est De positum?

Est, cum aliquid alterius fidei commit-
timus eā conditione, ut petentibus nobis res
situatur.

Quid sunt Locatio & Conductio?

Sunt, quando usum alicuius rei pro certā
mercede alteri ad certum tempus concedi-
mus.

Quotuplices sunt contractus Inviti?

Sunt duplices: Clandestini & Violenti.

Quid sunt contractus Clandestini?

Sunt, qui sunt nobis planè ignorantibus. ¶
Ut sunt: Furtum, Adulterium, Latroci-
nium, Falsum testimonium. &c.

Quid sunt contractus Violenti?

Sunt, qui quidem nobis consciis sunt, sed
tamen

CAP. XI. DE JUSTITIA. 75

tamen preter nostram voluntatem + illae
sunt, Flagellatio, Vincula, Convicia. &c.

Quid opponitur Justitiæ?

Injustitia.

Quid est Injustitia?

Est vitium, quo Homines injuriam aliis
inferunt, & agunt & volunt. Græ. Adinīa. f
Adinīa εἰν έξις αφ' ής αδικοῖ, καὶ βέ-
λονται αδίκω. l. 5. c. 1.

Quotuplex est Injustitia?

Duplex: Universalis & Particularis.
Illa transgreditur omnes leges: Græ. πα-
pavouία. Hæc in Distributione & Com-
mutatione externorum bonorum justitiam
violat. Græ. Ανισόης item πλεονεξία.

Quodnam est Effectum Justitiæ?

Est ipsum Jus. Quid est Jus?

Jus est, quod in mutua societatis usu
recta ratio prescribit. Græ. δίνη, δίναρον.

Unde dicitur Jus?

A jubendo, quasi jussum, quia præci-
pita, quæ publicè & privatim sunt utilia.

Ez.

Quo

Quotuplex est Jus?

Est duplex: Civile & Domesticum.

Quid est Jus Civile?

Est, quod in societate inter homines liberos & aequales, vel proportione vel numero, ad sufficientem rerum necessiarium copiam colitur. Gra. δίκαιον πολιτικὸν.

Quodnam est Objectum Juris Civilis?

Objectum sunt Homines liberi & aequales, vel secundum proportionem vel numerum, inter quos vita communitas intercedit.

Quotuplex est Jus Civile?

Est duplex: Naturale & legitimum.

Quid est Jus Naturale?

Est, quod suam autoritatem non ex hominum instituto, sed ex ipsa natura habet, quodg. in omnibus locis, & apud omnes homines eandem habet potestatem. Gra. δίκαιον φυσικὸν.

Quid

CAP. XI. DE JUSTITIA . 77

Quid est Jus Legitimum?

Est, quod non ex naturâ, sed hominum
institutio suam habet autoritatem, quodq[ue]
post sui constitutionem omnes obligat, qui-
bus fertur, nec impunè violatur. Gracè
Sinaqov. vominov.

Quotuplex est Jus Legitimum?

Est duplex; Scriptum & Nonscriptum.

Quid est Jus scriptum?

Est, quod Tabulis & Literis est cor-
gnatum, ut apud posteros propagetur.

Quid est Jus Non scriptum?

Est, quod diuturnus mos comprobavit.
† Consuetudines enim imitantur Legem.

Quid est Jus Domesticum?

Est, quod inter eos versatur, qui do-
mesticâ societate inter se sunt conjuncti:
seu, qui ejusdem sunt domus & familia.
Grac. Sinaqov. vominov.

E3

Quo-

78 CAP. XI. DE JUSTITIA.

Quotuplex est Jus domesticum?

Est triplex: 1. Δεσποτικόν, Herile,
quod est inter Dominum & Servum, 2.
Πατρικόν, Paternum, quod est inter Pa-
rentes & Liberos, 3. Γαμिकόν, Matrimo-
niale, quod est inter Maritum & Uxo-
rem.

Quid opponitur Juri?

Injuria.

Quid est Injuria?

Est, cum à sciente & volente preter-
meritum damnum infertur invito.

Numquis sibi ipse potest in-
juriam inferte?

Non potest: quia talis non invitè &
preter suam voluntatem patitur. Inde
Iuctorum notum prou. Volenti non fit
injuria.

Quid est Aequitas?

Est correctio Juris seu legis scripti, ea
parte, quā deficit propter generalitatem
suum.

CAP. XI. DE JUSTITIA 79

Unde dicitur Aequitas?

Dicitur ab Aquâ, quasi Aquitas, quod
instar aquæ fluentis omnia in planū aequet.

Quomodo dicitur Græcis?

Græcis dicitur ἐπιένεια, ab εἰπω, cedo:
quia aequitatis studioſi libenter interdum
cedunt, & de ſummo jure remittunt.

Quæ ſunt Extrema Aequitatis?

Sunt, in Excessu ſumnum ſeu ſtrictum
jus, nullam admittens interpretationem.
In Defectu, Malitiosa juris interpretatione.

Da exemplum Justitiae.

Justitia & aequitatis exemplum exhibet
Abrahamus, Lotbo cedere malens, quam
pati, ut rixarentur utriusq; servi. Ge:13.v.9.
Æthiopes etiam justitia studioſiſſimos eſſe,
neminemq; eorum furari, etiamſi in vijs
jaceant multa, ait Stobæus ſerm. 42.

Da Sententias.

i. Qui non defendit, nec obſiſſit, ſi potest,
Injuriæ, tam eſt in vitio, quam qui
Parentes, aut Amicos, aut Patriam de-
ſerat. Cicer. I. offic.

E 4.

2. Vir

80 CAP. XI. DE JUSTITIA

2. Vir justus est, non qui nihil injustè agit, sed qui cum injustè agere potest, non vult. Seneca.

3. Omnia sunt incerta, cum à jure discidunt. Cic. ad Papir. Petum famil. 9.

Redige præcipua hujus capitatis membra
in Tabellam. §



CAPUT. XII.

DE VIRTUTIBUS INTELLECTUALIBUS.

(Aristot. Lib. 6. Ethicorum.)

Cur agitur in Doctrinâ Morali de Virtutibus intellectualibus?

Id sit propter Prudentiam, ex habitibus Intellectus unam, quæ ostendit rectam rationem, secundum quam omnis omnium moralium virtutum vis in Mediocritate consistet.

Quid

I. <i>Ipsa iuris</i> suffia, se- cundum	i. <i>Etymolog. à Jure.</i> <i>Universalem.</i>	i. <i>Objectum</i> { <i>Premia.</i> <i>Pœna. &c.</i>
2. <i>Divisio-</i> <i>nem, in</i>	<i>Distribu-</i> <i>tiva, ubi</i> <i>observ.</i>	2. <i>Proportio Geometrica.</i>
<i>Particu-</i> <i>larem,</i> <i>que du-</i> <i>plex</i>	<i>Commun-</i> <i>tativa,</i> <i>ubino.</i> <i>rentur</i>	3. <i>Extrema, in</i> { <i>Exc. injusticia nimis.</i> <i>Def. Injust. nimis parvi.</i>
III. <i>Jus,</i> ubi not.	i. <i>Etymol. à Jubendo.</i> <i>Naturale.</i>	i. <i>Objectum, Rerum privatarum commu-</i> <i>tatio.</i>
2. <i>Divisio, in</i>	<i>Civile,</i> <i>quod</i> <i>duplex</i>	2. <i>Proportio, Arithmeticæ.</i>
	<i>Legitimum;</i> <i>quod est</i>	3. <i>Extrema, in</i> { <i>Exc. nimium lucrum.</i> <i>Def. Damnum.</i>
	<i>Domesticum,</i> <i>Herile.</i> <i>quod est</i>	4. <i>Subdivisio,</i> { <i>Volunta-</i> <i>in eam, quæ</i> <i>riū, cuius</i> <i>versat: circa</i> <i>species.</i> <i>Contractū</i>
	<i>Matrimoniale.</i>	<i>Violen-</i> <i>tum.</i>
		{ <i>Emissio, venditio.</i> <i>Mutuum.</i> <i>Sponsio.</i> <i>Commodatum.</i> <i>Depositum.</i> <i>Locatio, con-</i> <i>ductio.</i>
III. <i>Aequitas,</i> ubi not.	i. <i>Etymolog. ab Aquâ.</i> <i>Exc. Summum jus.</i>	<i>Lex.</i>
	ii. <i>Extrema,</i> in	{ <i>Plebisцитum.</i> <i>Principum placitum.</i> <i>Prætorium Edictum.</i> <i>Responsa Prudentum.</i>
		<i>(supra perin-</i> <i>curia omis-</i> <i>sæ) sive</i>
		<i>Nonscriptum.</i>

CAP. XII. DE VIRT. INTELLECT. 81

Quid sunt virtutes Intellectuales?

Sunt Habitus Anima rationalis, quibus
Anima vel affirmando vel negando Verum
enunitat. Gra. Αρεταὶ διανοητικαὶ. (Εἰσ
δὲ ὅις ἀληθέας ἡ φύχη τῷ Arist. c. 3.)

Quodnam est Subjectum Virtutum
intellectualium?

Est Animus hominis, cujus potentiae
potiori, nimirum intellectui insunt.

Quot sunt Potentiae Animi?

Sunt due: Una rationalis per essenti-
am, que dicitur Intellectus: Altera ratio-
nalis per participationem, & dicitur Vol-
untas, que se habet ad Intellectum, veluti
Servus ad Dominum.

Unde oriuntur virtutes Intellectuales?

A Doctrina utplurimum & orum &
augmentum ducunt; ideoq; etiam tempore
& exercitiō indigent.

Quot modis differunt virtutes Intellec-
tuales a Moralibus?

Duobus modis. 1. Subjecto; quia hæ sunt
E. s in yo -

82 CAP. XII. DE VIRT. INTELL.

in voluntate : Illæ in intellectu. 2. Fine ;
quia Hæ respiciunt Bonum, & sic Beati-
tudinem practicam ; Illæ Verum, & sic
Beatitudinem contemplativam.

Quo sunt virtutes Intellectuales ?

Sunt quinque : Scientia : Sapientia : In-
telligentia : Prudentia : Ars. (τέλη δ'
εἰς τέχνην : Arist. lib. 6. c. 3.)

Quid est Scientia ?

Est Habitus mentis demonstrativus, qua-
colligimus conclusiones necessarias per cau-
sus veras, proximas, immediatas, & otio-
res. Grae. Επισήμη. † Def. Arist. Επισήμη.
ἐστὶν ἔξις ἀποδεικνυτὴ ἐξ ἀγναίων. lib.
6. cap. 3o.

Quodnam est Objectum Scientiæ ?

Est τὸ ἐπισήμον, persistans, quod in illa
potissimum cadit, qua sunt aeterna, gene-
rabilia & incorruptibilia.

Quæ sunt Extrema Scientiæ ?

Sunt, in Excessu, Nimia subtilitas : in
Defectu, Falsa mentis persuasio. Quid

CAP. XII. DE VIRT. INTELL, 83

quid est nimia Subtilitas?

Est, cum quis omnium rerum causas, etiam abstrusissimas (quod adūvātū) indagare studet. Grae. Το ερβολικόν.

quid est Falsa mentis persuasio?

Est, cum quis putat, se aliquid scire, quod tamen revera nescit. Graec. ἐλλείπειον.

quid est Sapientia?

Est Habitus ex Intelligentia & Scientia compositus, rerum præstantissimarum & diuinissimarum rationem præbens. Gracis σοφία. + Def. Arist. ή Σοφία ἐστιν ψευδής πρᾶγμα τῶν ιμιωτέων Φύσης, l. 6. c. 7.

Quomodo fit illa compositio?

Ex Intelligentia componitur, quatenus homo scit Principia & causas rerum: Ex Scientia, quatenus etiam cognoscit conclusiones, qua ex principiis deducuntur.

E6

Quo-

84 CAP. XII, DE VIRT. INTELL.

quotupliciter sumitur vox Sapientia?

Dupliciter: Impropriè, pro perfetta cuiusq; artis cognitione: Propriè, pro perfecta principiorum & conclusionum cognitione Metaphysicæ.

Quodnam est objectum Sapientia?

Objectum sunt Cœlestia, seu Res omnes divine & admirabiles, earumq; causæ, quæ in hominis cognitionem cadere possunt.

Quæ sunt Extrema Sapientia?

Sunt, in Excessu nimiæ Sapientia persuasio: In Defectu Ignorantia.

Quid est nimiæ Sapientia persuasio?

Est, cum quis se solum putat esse sapientem, reliquos ridiculo ac delectamento habens. † Sic Mimi & Zoili de rebus incognitis judicare sibi presumunt.

Quid est Ignorantia?

Est, cum quis in rebus necessarijs, quid honestè sit agendum, ignorat. † Sic Achæus filius vas pulvinaris loco capiti apponebat, offens.

CAP. XII. DE VIRT. INTELL. 85

vifens verò duritie paleis illud implevit
ut mollius redderet : Hinc Calliconis co-
gnomen per Antiphasin obtinuit. Eustat.
Odyss: 10.

Quid est Intelligentia?

Est Habitus mentis, quò principia Scien-
tiarum ac Demonstrationum plenè ac per-
fectè cognoscimus. Grac: ὁράσ. Def. Arist.
Οὐρανὸς ἐστὶν εἶδος ἡ τοῦ αἰρχᾶς γνωρίσω-
μεν. lib. 6. c. 6.

Quodnam est objectum Intelligentiae?

Objectum sunt ipsa omnium Disciplina-
rum Principia & Axiomata.

Quae sunt Extrema Intelligentiae?

Sunt in Excessu Scrupulositas: In Defe-
ctu, Ignorantia crassa.

Quid est Scrupulositas?

Est, cum quis axiomata communi Phi-
losophorum consensu approbata improbat,
& in dubium vocat. Græ. An. βεια. f. Sic
Anaxagoras nivem negabat esse albam.

E. 7.

Quid

36 CAP. XII. DE VIRT. INTELL.

Quid est Ignorantia Crassa?

Quid est Prudentia?

Est Habitus cum rectâ ratione agendâ circa ea, qua homini sunt bona aut mala.

Γρα. Φεύγησις † **Def.** *Arist.* Φρόνησις ἐστιν
ἔξις αἱληθὲς μῆτρά λόγω περιουσίη, ὥστε
τὰ αὐθρώπων αἰγαῖα, οὐδὲ πανα. *li. 6. c. 5.*

Unde dicitur Prudentia?

Dicitur q: Providentia, à providendo
& prævidendo, quia futura prævidet, un-
dē οὐμα τῆς ψυχῆς, oculus anime, jure
dicitur.

Quodnam est Objectum Prudentia?

Sunt Res, homini ad bene agendum necessaria.

Quo.

CAP. XII. DE VIRT. INTELL. 87

Quotuplex est Prudentia?

Duplex: Communis & Privata.

Quid est Prudentia Communis?

Est, quâ non solum nobis ipsis, sed &
alijs de utilitatibus prospicere possumus.

Quid est Prudentia Privata?

Est, quâ in Privatis & Nostris rebus
prospicere possumus, que nobis ipsis vel pro-
deesse vel obesse possunt.

Prudentia Communis quomodo
subdividitur?

In Politicam & Oeconomicam.

Quid est Prudentia Politica?

Est, quâ consulere possumus de ijs, que
bona & utilia sunt: Familiæ nostræ.

Prudentia Politica quomodo
subdividitur?

In Legislatoriam & Civilem.

Quid est Prudentia Legislatoria?

Est Facultas rectè ferendi & explicandi
leges; hodiè dicitur Iurisprudentia.

Quid

88 CAP. XII. DE VIRT. INTELL.

Quid est Prudentia civilis?

Est, quā quisq; munus sibi in Republicā in-
junctum rectē obire potest.

Quotuplex est Prudentia civilis;

Est duplex: Consultaria, & Iudicaria.

Quid est Consultaria?

Est Facultas rectē deliberandi de futuris,
quid nimirum Republicae sit faciendum, vel
omittendum. Estq; Senatorum propria.

Quid est Iudicaria?

Est Facultas judicandi de praeceitis, quid
in illis sit justum, vel injustum. Estq; Iudi-
cum propria.

Quæ sunt Extrema Prudentiæ?

Sunt, in Excessu Temeritas: in defectu
Stupor.

Quid est Temeritas?

Est, cum quis nimis confidenter de con-
tingentibus judicat. Dicitur alias Versutia.
Sic Fabius Max: Minucij Collegæ, cum ob-
ertos nonnullos devictos valde laudare-
tur, fortunam secundari magis, quam ad-
versum

CAP. XII. DE VIRT. INTELL. 89

versam pertimescebat, sentiens illius temeritatem Reipubl. fore periculosisimam. Plut. in Apoph.

Quid est Stupor?

Est, cum quis negat honestum negat utile ex contingentibus colligere potest. † Sic Coraxbus Mygdonis Phrygius filius maris undas numerare conabatur, cum alias non posset ultra quinq[ue] numerare. Eustatius & Lucan: ap. Erasm.

Quid est Ars?

Est Habitus cum rectâ ratione effectivus. Græc. Τέχνη. Def. Arist: Τέχνη εἶνι εἴδεις μετὰ λόγων ἀληθῆς ποιητική. Lib. 6. c. 4.

Quodnam est objectum Artis?

Sunt res contingentes, causam efficiem-
tem extra se in ipso Artifice habentes.

Quot sunt Proprietates Artis?

Sunt tres. 1. Versatur Ars circa materiam externam & corpoream.

2. Utitur instrumentis corporeis.

3. Opus relinquit externum incurrens in
ocula-

90 CAP. XII. DE VIRT. INTELL.
in oculos : † propterea Artificibus etiam
Mechanicis ea præcipue competit.

Quid opponitur Arti?

Inertia, quæ est habitus cum falsâ ratio-
ne aliquid efficiens. Græc. Ατεχνία. † Def.
Arist. ΑΤΕΧΝΙΑ ἐστὶν ἔξις καὶ λόγος ψε-
δός ποιητικῆς lib. 6, c. 4.

Da Sententias.

1. Nihil est, per quod magis Diis immor-
talibus adsimilamur, quam per ipsa
scire. Cic. l. 1. de natura Deorum.
 2. Sapientia investigari omnia possunt
Philostrat: in Herod.
 3. Nihil non intelligens. Intelligentia
præstantius est. Cic.
 4. Qui prudens est, non dicit: non puta-
vi quidem hoc fieri: quia non dubitat,
sed spectat: non suspicatur, sed cavit.
Seneca.
 5. Unum vitæ præsidium in Artibus situm
est. Menander.
- Redige præcipua hujus capitinis membra
in tabellam.

15

CAPIT

12

50-

100-

4d

54-

.

51-

53-

54-

55-

56-

57-

58-

59-

				Necessariæ.	
				Æternæ.	
	I. Scientia, cojus ob- servetur	1. Objectum,	Res	Immutabiles.	
				Exc. Nimirim tilitas.	
		2. Extrema, in	Def.	Falsamentis persuasio.	
Circa vir- tutes In- tellectua- les noten- tur	I. Subiectum, <i>Animus ra-</i> <i>tionalis.</i>	1. Objectum,	Divinae		
	2. Origo, <i>Doctrina.</i>		Res	Admirabiles.	
	3. Numerus,	2. Extrema, in		Exc. Nimirae sapien- tiae persuasio.	
				Def. Ignorantia.	
(Hæc Q. ad pag. 88. ante extrema Prudentiæ spe- ctat.)	III. Intelli- gentia, cu- jus not.	1. Objectum, Principia Disciplinarū.			
Quid est Prud. Oecono- mica?				Exc. Scropulositas.	
Est, quæ consulere possu- mus de iis, quæ bona & utilia sunt familia nostra.		2. Extrema, in	Def.	Ignorantia crassa.	
	IV. Pruden- tia, cujus notentur	1. Etym. à Providendo.		Legisla-	
		2. Objectum, Res ad bene agendum			
		necessariæ.			
		3. Di- visio,	Com. mu- nem,	Poli- tica,	Consul- taria,
		in	que	Civilis,	Civitaria,
			que	que	Judicia-
			Oeconomica.	Privatam.	Lria.
V. Ars, cu- jus noten- tur	1. Objectum, Res contingentes.				
		2. Proprietates tres.			
		3. Oppositum, Inertia.			

90

in

Me

I

ne

Ari

885

1.

2.

3.

4.

5.

R

CAP. XIII. DE VIRT. HEROICA. 91

CAPUT. XIII.
DE VIRTUTE HEROICA.

(Arist. l. 7. Eticorum ad Nicom.:)

Quid est virtus Heroica.

Est Habitus animi excellentissimus, non nisi divinitus quibusdam concessus, ad eiusmodi actiones obvendas, quae alias humanis viribus solis perfici non possent.
(ὁ τὸν ἡμᾶς ἀρετὴν ἐπωικῆν ἔδει. Arist. l. 7. c. 1.)

Unde mutuata est appellatio?

A Græco idiomate, ubi dicitur ἡρωική, ab ἥρωες, id est, vir virtute & rebus gestis eximus, quia Latini eam non satis exprimerē potuerunt.

Cur dicitur Heroica?

Quia, qui eā virtute fuerunt prædicti, pro semidiis olim habiti fuerunt, quos vulgo ήρόες nominarunt. Propterea etiam dicitur

92 CAP. XIII. DE VIRT. HEROICA.
tur hac virtus perfecta uero auctor
superiores vero tantum uadit auctor.

Quae sunt causae virtutis Heroicae?

Prima Deus est, sine cuius afflatu nul-
lus vir magnus exsistit. Secunda Naturalis
impetus, & desiderium ad sublimia obeun-
da, ex animi potentia & corporis tempera-
mento pendens.

Ecquid etiam vittus Heroica
in Feminas cadit?

Immò cadit: Haec enim quia Ferocitatis
virtuti Heroice oppositae sunt capaces, ipsi-
us virtutis etiam capaces erunt; id quod
etiam exempla Iudithae & Amazonum o-
stendunt.

Heroes qualem sortiuntur exitum?

Rarò optatum; cum ob Naturae, quam
regere non possunt, vehementiam, tum
ob Invidiae, qua infestantur, inclemenciam.

Da

CAP. XIII. DE VIRT. HEROICA. 93

Da exempla Heroum ex sa-
cris Historijs.

Heros fuit Abraham ob fidem: Iose-
phus ob castitatem: Iosua ob fortitudinem.
Iobus ob patientiam: Salomon ob sapien-
tiam. Omnia autem virtutum Heroica-
rum exemplar perfectissimum est Christus.

Da exempla Heroum ex profa-
nis Historijs.

Heros fuit Hector ob fortitudinem: Re-
gulus ob fidem: Scipio ob continentiam:
Scævola ob constantiam: Aristides ob ju-
stitiam.

Quæ sunt Extrema Fortitudinis
Heroicæ.

Sunt in Excessu Feritas seu Bestialitas:
In Defectu Ignavia.

Quid est Feritas?

Est vitium, quò homo, excusso recte re-
tionis judiciō, ferarum more ea amplecti-
tur & perpetrat, à quibus alias animus ho-
minis naturaliter abhorret, Gr. θηριώτης.

Cur

94 CAP. XIII. DE VIRT. HEROICA

Cur hoc vitium Feritas dicitur?

Quia ex hominibus feras quasi efficit.
† Dicitur alias conscientiae Dedolentia:
quia omnia sensus conscientiae cessat ad tem-
pus, & rationis lumen suffocatum appetit.

Da Exempla Feritatis.

Ferus & crudelis fuit Mecentius, qui
viva corpora cadaveribus alligabat, ut in
eorum complexu tandem misere exspirarent.
Virgil. Aeneid. 8.

Ferus & crudelis erat Phalaris, qui
taurô aeneo ardenti homines cruciabant.

Ferus erat Heliogabalus, qui nudas pu-
ellas sibi prandenti & cœnanti ministrantes
constituit, & tantam habuit pellicum mul-
titudinem, ut, (sicut Nero nunquam unam
vestem bis induit: Sueton. in Nerone) ea-
rum nullam reiterâvit, Elianus. Lamprid.
Ignat. in vita Heliogabali.

Quid est Ignavia?

Est ineptitudo ad omnem virtutis im-
petum. Gra. pœdumia. † Sic Sabaritæ igna-
vissimi legem hanc suis civibus ferebant.
Nemo nostrum frugi esto, Suidas. D.

ICA CAP. XIII. DE VIRT. HEROICA 95

Da Sententias.

1. Crudelitas feritasq; , etiam in domesticis duntaxat exercita , tamen est excessa exteris. Herod. ex Polyb. l. 4.
2. Excellens animus & humana contemnens , nihil , nisi quod honestum decorumq; sit , aut optat aut exspectit , nulli nego homini nego perturbationi animi succubens. Cic. i. offic.
3. Ignavia magnorum ingeniorum sapè pestis. Excent. 2. sp. 38. Lipsius.

Redige præcipua hujus capitinis membra
in Tabellam.

- | | |
|-----------------------------------|--------------------------|
| Circa virtutem Heroicam notentur. | 1. Etymol: ab ηρωες. |
| | 2. Causa } Primaria Deus |
| | Secund: Natura- |
| | Ulis impetus. |
| | 3. Exempla } sacra. |
| profana. | |
| 4. Exitus Herorum. | |
| 5. Extrema, in } Exce. Feritas. | |
| Defe. Ignavia. | |

CAPUT

CAPUT XIV.

DE CONTINENTIA.

Quot sunt Virtutes Imperfectæ?

Sunt due: Continentia & Tolerantia,
Cur dicuntur hæ Virtutes Imperfectæ?

Quia pugnam aliquam inter rationem
& appetitum, qui se illi agrè submittrit,
moveat.

Quid est Continentia?

Est virtus imperfecta, quâ pravae en-
piditates recte rationis imperio invitè sub-
jiciuntur. Græ. ἐνοργάτεια † δοκὶ δὴ ὑπε-
ἐνοργάτεια Γαῶν σπερδαῖσιν καὶ τῶν ἔπαινε-
Γαῶν εἶναι. Arist. l. 7. c. 1.

Unde dicitur Continentia?

A verbo Contineo; quod est invitum
aliquem & repugnantem teneo. Continens
autem diceret, qui à voluptatibus absti-
net, quibus pleriq; succumbunt.

quod-

CAP. XIV. DE CONTINENTIA. 97

Quodnam est objectum Continentiae?

Objectum ejus sunt vebementes & præ-
va cupiditates, omnisq; generis voluptates.

Quæ sunt Extrema Continentiae?

Extremum in Defectu nomine caret: quia
vix reperitur homo, qui omnes voluptates
fugiat: In Excessu est Incontinentia.

Quid est Incontinentia?

Est vitium, quô quis vel ex præcipitano-
tiâ, vel animi imbecillitate à recte rati-
onis judicio abstractus voluptatibus nimis in-
dulget. Gra. Αὔξεσία. † Sic David ex in-
continentiâ cum Bathsebâ Uriâ uxore mæ-
habatus est. 2. Sam. 11.

qui sunt Incontinentes ex Præci-
pitantiâ?

Qui subitâ animi perturbatione ad tur-
pe quid perpetrandum abripiuntur. † Sic
Alexander M. vino & Mererrice viellus
Persepolim incendit. Curt. li. 5.

F

Qxi

qui sunt Incontinentes ex Imbecillitate?

Qui quidem propositum habent honestè agendi, ab effectibus tamen postea superantur + Sic primi parentes de arbore retuā comedérunt. Gen. 3. Hi illis sunt detersores: habent enim Hi spaciū sē contra pravos affectus muniendi: Illi non habent, quot modis differt Incontinentia ab Intemperantia?

Duobus modis. 1. Intemperantem facti haut facile pœnitent: Incontinentem rō facile. 2. Intemperans levi de causā ad turpes voluptates ultrō deducitur: Incontinentis verò ingentibus cupiditatibus ad voluptates trahitur.

Da Exemplum Continentiae.

Egregium Exemplum exhibet Alexander M. qui à devicti Darij mira pulchritudinis conjugē captā, non solum ipse abstinuit, sed summam etiam curam adhibuit, ne quis captivo corpori illuderet. Curtius lib. 5.

Da

CAP. XIV. DE CONTINENTIA. 99

Da Sententias.

1. Non solum manus, sed & oculos habere decet abstinentes. Pericles ad Socratem.
2. Continens & cupiditatum inops opulentus evadit. Apollon.
3. Incontinentis non potest esse prudens, & astutus quidem esse potest. Aristot: de virtut.

Redige praecipua hujus capitatis membra
in Tabellam.

- | | |
|----------------------------|--------------------|
| 1. Etymologia, à Contineo. | Exc: Nomine caret. |
| 2. Objectum, Voluptates. | |
| 3. Extrema in | |
- Circa continentia
potentur.
- | | |
|-------------|----------|
| Def. Incon- | Praci- |
| tinentia ex | pitaria. |
| | Imbecil- |
| | litate. |

CAPUT. XV.

DE TOLERANTIA.

Quid est Tolerantia?

F2

EST

100 CAP. XV. DE TOLERANTIA.

*Est virtus imperfecta, quâ res adver-
sus repugnante quidem irascendi appetitu
honestatis gratiâ perferimus. Græ. napte-
eja (donci δη ἡτε καρτεία τὸν αὐγδά-
ων, ηγ) τὸν ἐπαυγδῶν εἴναι. Arist. lib. 7.
cap. 1.*

Unde dicitur Tolerantia?

*A tolerando, id est, perferendo res ad-
versas.*

Quomodo differt Tolerantia
à Fortitudine?

*Tolerantia versatur circa pericula &
mala imposta, quæ depelli non possunt: For-
titudo etiam circa pericula adeunda ver-
satitur.*

Quoniam est objectum Tolerantiae?

Objectum sunt Dolores qui perferendi.

Quæ sunt Extrema Tolerantiae?

*Sunt in Excessu Pertinacia: In Defe-
ctu Mollicies.*

Excessus pertinacia

Quid

CAP. XV. DE TOLERANTIA. 101

Quid est Pertinacia?

Est vitium, quô quis nimis obduratus est,
in doloribus perferendis Gr: αὐτάδης. † Sic
Pharao Rex Ægyptiorum populum Israe-
liticum dimittere pertinaciter recusavit,
etiam si variis plagiis exerceretur à Domino.
in Exd.

Quid est Mollicies?

Est vitium; quô quis planè nullos dolores
vel nimios honestatis gratiâ subire posset.
Gr: αυλότης. † Sic Saul, Rex Israelitarum
in proprium ensē procubuit imminentis cap-
tivitatis intolerans i. Sam. 31. Sic multi hāc
persecutionis tempestate acti à semel agnita
veritate cælesti turpiter deficiunt.

Da exemplum Tolerantiae?

Insigne exemplum Tolerantiae exhibet
Jobus, qui & liberorum privationem, ho-
norum despoliationem, proprijg corporis in-
fectionem patienti tolerabat animo, & no-
men Domini insuper depraedicabat. Iob. 1.
Iu[m] M[ar]cius Scævola & Pompejus: quo-

rum Ille in Porsenne castris dextram, Hic
avud Gentium Regem digitum sibi ambus-
fit. *Æmil. Prob.*

Da Sententias.

- 2. Pertinaciā qui errant, non sunt facile
curabiles. *B. Thom. u. Metaph. lib. 6,*
text. 1.
- 3. Quod necessariō patiendum est, eti-
am patiamur. *Ex Cent. 1. Epist. 61.*
Lipſius.
- 3. Facilius est alios adhortari, quam se-
ipsum contra res adversas obfirmare.
Dion. lib. 38.

Redige præcipua hujus Capitis Mem-
bra in Tabellam.

<i>Circa Tole- rantiam uotentur.</i>	1. Etymolog : à Tolerando.
	2. Objectum, Dolores preferendi.
	3. Extrema, in <i>Exc. Pertinacia,</i> <i>Def: Mollicies.</i>
	4. Exempla <i>Sacrum, Iobi,</i> <i>Profana, Scæbola,</i> <i>Pompeij.</i>

CAPUT

CAPUT XVI.

DE AMICITIA.

(Arist. l. 8. & 9. Ethicorum ad Nic.)

Cur agitur in Philosophia Morali
etiam de Amicitia?

1. Quia magnam habet cum virtute co-gnitionem.
 2. Quia magnum habet ad be-nè beatitudinē vivendum momentum.
 3. Quia omnibus hominibus ad hanc vitam est ne-cessaria.
 4. Quia necessaria est civitatis.
- (μετὰ δὲ ταῦτα τῷ Φίλίᾳ ἐποιεῖν δε-
ελθεῖν: lib. 8. c. 1.).

Quid est Amicitia?

Est manifesta inter aliquos benevolen-tia in matuā affectione consistens, Gracē
Φιλία. f. Desir. Arist. Φιλία ἐστὶν εὔνοια
ἐν αὐτικεπονθόσι μη λανθάνουσα, l. 8. c. 2.

Unde dicitur Amicitia?

Ab Amando: Amare enim est, velle
aliquem bonis affici quam maximis.

F 4

Unde

Unde oritur Amicitia?

*A Naturâ, id quod ostendit 1. σογὴ
Φυσικὴ in Hominibus, quæ ad eō vehemens
est, ut non possit unquam dirimi. 2. Affe-
ctus in brutis, quæ prolem mirificè amant.*

Quodnam est Objectum Amicitiae?

*Est τὸ Φίλητόν, seu Amabile: quod est
vel ἀγαθὸν Honestum, vel ἡδὸν Jucundū,
vel χειρουργὸν Utile.*

Quotuplex est Amicitia?

*Ex triplici objecto triplex oritur Amici-
tia. Honesta, virtutem; Jucundi, Vo-
luptatem; & Utilis, utilitatem respicens.*

| Quomodo distinguuntur hæ species?

*Prima dicitur Amicitia per Se, estq.
perfecta, firma & stabilis. Reliqne duæ
dicuntur per Accidens, propter simili-
tudinem quam habent cum Amicitia Honestâ:
sunt q. imperfectæ, instabiles, & facilè disso-
lubiles.*

Amici-

CAP. XVI. DE AMICITIA. 105

Amicitia utilis in quibus conspicitur?

Potissimum in Senibus, & quidem avaritia vitiō laborantibus, & potest absq; frequenti conversatione coli, cum alter alteri utilis esse possit, licet à se invicem sint remissimi [exemplo sunt Mercatores] cessa- te autem utilitate facile tollitur.

Amicitia Jucunda in quibus conspicitur?

In Juvenibus potissimum. Est q; incon- flans, cum & Juvenus ipsa sit instabilis, & nulla Voluptas diurna. Frequentem etiam requirit conversationem, cum ju- venes se invicem oblectent libenter.

Amicitia honesta in quibus conspicitur?

Non nisi in viris bonis. Est q; perfecta, quia complectitur in se omnia Amabilia. Sed est rara: quia virorum benorum, à quibus tantum colitur, exiguis est numerus: cum etiam omnne perfectum rarum est.

Quid requiritur ad veram Amicitiam?

Convictus & conversatio: quia in con-

F 5

verja

106 CAP. XVI. DE AMICITIA.

versatione præcipuus Amicitie usus constat, qui sine eâ declarari non potest. Homines enim se mutuò cognoscere non possunt priùs, quām modium salis consumserint, ut est in prov.

Differetne Amicitia ab Amore?

Maxime differet; Amor enim tantum est nudus & simplex animi affectus, quod aliquid vel animatum vel inanimatum leviter diligimus: Amicitia vero est firmus animi habitus, constansq; Amor certò iudiciorum erga aliquem conceptus.

In quā Amicitiā plures possunt esse simul Amici?

In Jucundā & Utili. 1. Quia unus plures simul oblectare, & pluribus prodesse potest. 2. Quia plures reperiuntur, qui voluptati & utilitati, quām qui virtuti sunt dediti.

Possuntne etiam esse plures Amici in Amicitiā honestā?

Non possunt, 1. Quia in verā Amicitia Amic

CAP. XVI. DE AMICITIA. 107

Amici sibi mutuo vehementer debent placere: Qui autem omnibus est amicus, nulli est amicus. 2. Quia in honestate Amicitia requiritur summus amor: Summum autem pluribus non competit.

Ecquid Amicitia magis consistit in Amore activo, quam passivo?

Consistit magis in Amore activo: quia ob amorem activum Amici maxime laudantur, quod scilicet ament Amicos, non quod ab iis amentur. Laus enim virtutis in actione consistit. Teste Cic. I. officiis.

Qui vulgo dicuntur Amici?

Qui aliquam Societatem sunt coniuncti.

Quid est Societas?

Est duorum pluriumve conjunctio, ob commodiorem usum, & uberioriem quietum. Graecae. Σοσιετα.

Societas seu Communio quotuplex?

Duplex: 1. Voluntaria seu Manifesta.
2. Naturalis seu Occulta.

E 6.

Quid

Quid est Societas Voluntaria?

Est, quæ certò consensu pacto & conventione constat: & consistit inter Cives, Confederatos, Commilitones.

Quid est Societas Naturalis?

Est, quam ipsa Natura hominibus tacite implantavit, ut mutua sibi invicem officia praefarent.

Inter quos viget hæc Societas?

Inter Parentes & Liberos: inter Fratres, Cognatos & Affines.

Unde nascitur Amor Paternus?

Ex Amore Sui ipsius: Ut enim quisq; se ipsum amat; sic amat etiam à se profecta, Liberi autem sunt de substantia parentum. Parentes ergo Liberos amant, & vice versa.

Sed estne Amor ille utrinq; a qualis?

Non est: Sed major est Parentum in Liberos, quam Liberorum in parentes. 1. Quia Parentes magis sciunt, Liberos esse suos. 2. Quia Parentes Liberos suos, statim

CAP. XVI. DE AMICITIA. 109

tim atq; sunt in Lucem editi, amare incipiunt; Liberi verò parentes tum demùm, quando eos noscunt. Hinc illud: Amor descendit, non ascendit.

Quæ sunt causæ Amicitiæ Fraternæ?

Sunt: 1. Oriū Identitas. 2. Ætatis æquitas, que aqualem delectat. 3. Communis educatio & conversatio.

Quæ sunt causæ amicitiæ inter Cognatos & Propinquos?

Sunt ferè eadem quæ Fratrum: Adest enim etiam originis & stirpis Identitas. Aliae tamen aliis sunt arctiores inter se, quoad sunt vel propinquiores, vel remotores à primō sui Generis Autore.

Quæ & quotplex est causa Amoris Conjugalis?

Causa est 1. ipsa Natura, 2. Vitæ commoditas. 3. Liberorum procreatio, qui sunt quasi vincula conjugalis Amoris.

In quā Amicitia oriuntur quandoq; querela?

F

In his.

uō. CAP. XVI. DE AMICITIA.

In Honestā nunquam: quia in eā alter alteri amoris officia ulīrō prestat. In Jucundā raro: quamdiu enim jucunditas colitur, querela deest: quando verò non amplius colitur, neuer erit alteri molestus, quia conversatio est sublata.

Sed in Amicitiā utili oriuntur querelæ, quia, cum uterq; laborat πλεονεξία, plura desiderat unus, quam alter velit aut possit præstare.

Quæ officia Amici sibi invicem præstent?

Eataniā, que cum honestate sunt coniuncta.

Da exempla Amicitiæ.

Exempla vere amicitie exhibent t. Damon & Pythias, qui tantam inter se amicitiam coluerunt, ut, cum alterum horum Dionysius captivum, decentum, interficere velle; atq; is tempus ab eo, quō domum profectus, res suas constitueret, prius impetrasset, alter se vadēm pro reditu ejus.

Tyrano-

CAP. XVI. DE AMICITIA. III

Tyranno dare non dubitarit. Val. Max.

l. 4, c. 6.

2. Hercules & Theseus, quorum hic illius virtutem & facta semper est imitatus: Ille bunc apud inferos; ad quos ad rapientiam Proserpinam cum Pirithoô descendebat; captivum redimere conatus est. Plutarch. in Theseo.

3. David & Jonathan, qui tantam interesse invicem foverunt amicitiam, ut Ille Hujus amorem amori semineo multis parasangis prætulerit. 2. Sam. 1, v. 26.

Da. Sententias.

1. Amicitia Honestæ :

Idem velle & idem nolle, ea demum firma. Amicitia est. Salust.

2. Amicitia Jucundæ :

Illud Amicitiae quondam venerabile Numen Prosternat, & in questu pro meretrice sedet.

Ovid. 1, de Ponto.

3. Amicitia Utilis :

Donec eris felix multos numerabis amicos:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Ovid. l. t. Eleg. 8. Trist. Redi-

112 CÁP. XVI. DE AMICITIA.

Redige præcipua hujus Capitis membra
in Tabellam.

1. Etymol:	ab Amare.
2. Origo, Natura.	
3. Objectum & Honestum.	
" Amabile & Jucundum,	
quod est Utile.	
	Honestia.
4. Species:	Jucunda. Utilis.
	Vir bonus.
5. Subjecta:	Juvenis. Senex.
	Consilium.
6. Requisita	Conversatio. Voluntaria. [Liberos.
7. Societas	Natura- lis inter Parentes & Fratres. Cognatos. Conjuges.

Circa Ami-
citiam no-
te nr

CAPUT

CAPUT XVII. DE VOLUPTATE 13

CAPUT XVII.

DE VOLUPTATE.

(Aristot. lib. 10. Ethicorum ad Nicom.)

Cur agitur in Ethicā de Voluptate?

Quia Voluptas naturæ nostræ valde est cognata, & ad virtutem & beatitudinem plurimū confert. μὲν δὲ ταῦτα τῷ ἡδονῷ ιώνεις ἐπιτελεῖ: Phil. l. 10. c. 1.

Qualis hīc intelligitur Voluptas?

Honesta & Licta: Hec enim sola bona est, & adjunctum, immo individua comes felicitatis. Nam si in Summō Bonō nulla esset Voluptas, Felix in perpetuō dolore & molestiā viveret.

Quid est ejusmodi Voluptas?

Voluptas illa est actionum nostrarum extrinsecā quedam superveniens perfectio, quae ipsas actiones quodammodo iucundior reddit. Grac. ἡδονή, ali. ἡδωνή delectio.

Unde:

114 CAP. XVII. DE VOLUPTATE.

Unde dicitur Voluptas?

Dicitur à Volupe, quasi voluptas.
Volute autem à volo dicitur. Et significat idem, quod Delectabile, seu, quod quis vult & appetit.

Quotuplex est Voluptas?

Duplex, Animi & Corporis,

Quid est Voluptas Animi?

Est, quæ ex rebus suâ naturâ jucundis percipitur, & ab operatione naturæ perfectæ provenit, & nunquam adjunctum habet Dolorem.

Quid est Voluptas Corporis?

Est, quæ saltem ex rebus per Accidens existit, adjunctumq; sibi habet sapè Dolorem: quarè etiam voluptate animi est vi-

lior.

Voluptates quot modis à se invicem distinguntur?

Tribus potissimum modis.

Da. primum modum.

Prin

CAP. XVII. DE VOLUPTATE. 115

Primò distinguuntur secundum opera-
tiones, quibus insunt: si enim operationes
sunt Honestæ, & Voluptates erunt hone-
stæ: si Turpes, & Voluptates erunt tur-
pes: si vero intermediae, & Voluptates
erunt tales.

Da secundum modum.

Secundò distinguuntur Voluptates secun-
dum puritatem & impuritatem. Aliae n.
Voluptates puræ sunt, nihil molestia fo-
ventes: Aliae sunt mixtæ, quibus etiam ali-
qua vel molestia vel turpitudo inest: A-
lia sunt purissimæ, quales sunt, qua è po-
tentissimis mentis percipiuntur.

Da tertium modum.

Tertiò distinguuntur Voluptates secon-
dum differentias animalium. Ut enim
eorum sunt diverse naturæ & operationes,
sic & diverse eorundem sunt voluptates.
Hinc voluptates aliae sunt humanae, aliae
beluinae: quarum vicissim tot sunt differen-
tie, quot earundem sunt species: Aliae no-
n est voluptas Canis, aliae Leonis, aliae E-
qui, aliae Bovis, etc.

Da

116 CAP. XVII. DE VOLUPTATE.

Da Exemplum Voluptatis.

Exemplum voluptatis (sed illicitæ) exhibent Tarentini, qui plures dies ludis & festis celebratibus per annum impendebat, quam reliqui rebus: Strabo l. 6. Item Sybaritæ, qui voluptatibus adeò indulserunt, ut omnia luxuriosa Sybaritica dicerentur. Athen: l. 12. c. 6.

Da Sententias.

1. Malorum esca Voluptas, quæ homines capiuntur, ut hanc pīces. Cato Major.
2. Voluptatem injustam amarus exitus sequitur. Pyndarus.
3. Indulgere Voluptati initium est omnium malorum. Seneca.

Redige præc. hujus C. membra in Tab:

1. Etymol: à Volupe.

2. Divisio, e& n. { Animi.
Corporis.

Circa Voluptatem { secundum operationes.
obserban. { 3. Distinctio, { secundū { Puritatem.
etca. { secundum Impuritatem
secundum Differentiam
Animalium.

PRÆCEPTA ISOCRATIS
ETHICA AD DEMONICUM,
singula disticho inclusa
à M. Martino Bambamio.

1. Præc. περί τον μὲν.

Purā mente Deum cole; quod præstare valebis.
Si sacra perficies, pactaq; jurē coles.

2. Præc. Τιμα δαι.

D Egenerare sacrum Numen cum sacra foveantur;
Sic servire potes legibus. atq; DEO.

3. Præc. τιμήσ.

T E tales præbeto tuis Genitoribus, in Te
Progeniem quamvis discipiū esse tuam.

4. Præc. ἀρετή:

I Stet exerce, faciant quæ ritè valere:
Sic poterit vires mox revocare labor.

5. Præc. Μάντη γέλ:

N E nimium ride, nec herba Thrasonica funde:
Illud ut est stultum, sic erit hoc satuum.

6. Præc. ἀ ποτίν:

T Uria qua factu, dictu nec crede decora,
Talia si forsan vocē referre soles.

7. Præc. ἐργαζε:

N E corbus vultu sis, sed sis fronte severus:
Illi morosus, probidus hoc fueris.

8. Præc. ηγετής:

S Is mundus, justus, pudibundus, sisq; modestus:
Commendant juvenem, talia quippe bonum.

Tutus

9. Præc. p̄ndē mō :

Turpia quæ patras, ne ſperes clam fore; quāquā
Quippe latent alios, Tū tamen iſta patens.

10. Præc. tōv̄d̄p̄ ḡt̄

Corde timeto Deum: Generat or corde parentes;
Devinctos metuas; legibus obsequitor.

11. Præc. ēis īdorāz:

Quere voluptatem, comes eſt cū gloria: quippe
Optimares hæc eſt, pefſima turpis erit.

12. Præc. ēvλaβ̄ḡ :

CRIMINE ne maculere, licet mendacia ſubſint:
De fama fulgus judicat omne nefas.

13. Præc. ānāz̄e :

OMnia apertus agas: nam qua celaberis, illa
Ad tempus latitant, poſtea nota patens.

14. Præc. p̄aλ̄iσ̄ :

GLORIATE cingat, ſi non patraberis illa,
Quets alios Jefé commaculare refers.

15. Præc. ēav̄ ūḡ :

DIſcendi cupidus ſi ſis, diſces quođ multa:
Ardor diſcendi fertiliſ artis erit.

16. Præc. A' p̄p̄ :

COgnita fac reſolas, incognita diſcito. Nolle
Diſcere tam turpe eſt, quam bona deſſicere.

17. Præc. z̄w̄avāz̄ :

OCIA cum ſuperant, audi cum laude docentes;
Sic facile diſces parta labore graſt.

18. Præc. īȳs̄ tōv̄ :

MUltum ſcire opibus preſtat: ſaientia durat:
Quā ſemel ablatā nō manet ædificaz̄.

19.

19. Præc. μὴ κατόνετε;

Querito Doctores. si **G**aſta per aequora lucrum
Quaritur, ingenij cura petenda magis.

20. Præc. Τῷ μὴ τέσπερ:

Sic omnis, tum sis affabilis, obvius ut sic
Quicquid salutetur percipiatur λόγον.

21. Præc. ἡδίως μὴ:

Sic omnis cunctis, ast intimus esto bonorum.
Sic utrisque bonus semper amicus eris.

22. Præc. Τὰς εἰλέυσι:

Ne dicas uni repetendo crebris unum,
Natura hinc etenim tædia fæda capit.

23. Præc. Γύμνασι:

Exerceto tua te sponte labore, labores
Ut perferrere quens, quando necesse foret.

24. Præc. ωφὲ ὥν:

Gloria sit lucro; tolerabilis ira, libido
Serbiat: ac hominem te, notet, esse, dolor.

25. Præc. μᾶλλον:

Depositorum fidei nummus præferto. Bonus plus,
Quam jurans, fidei quo mercatur, agit.

26. Præc. προσθίνετε:

Vt non fidendum reprobis; sic fidere contra
Firmatum Temet credito posse probus.

27. Præc. πέπλη τοῦ:

Ne dic arcanum, nisi quod minus expedit illi
Cui dicas, tibi quam, cuius ab ore fluit.

28. Præc. ὁ γενος:

Ne jures, nisi te quodam de cremine purges,
Aut nisi amicorum forte pericla leves.

29. Præc. iundērū:

Non tibi amicus erit, nisi sis, sit qualis amicus.
Qualis sis fuerit, talu eritq; tibi.

30. Præc. B̄ogdēw̄:

Tardus amicus eris, factusq; manebis. Amicos
Mutare est aquē, quām nec habere, malum,

31. Præc. mi tē:

Te similes Irūm, quām b̄is Cr̄esus, inepta
Et refer, exploras cum socij ingenium,

32. Præc. doni p̄.w̄:

Rebus in adversis sit notus amicus, ut aurum
Flamma probat; sic crux, quia sit Amicus, ait.

33. Præc. ḡ. T̄w d̄:

Vlto suffer opem, si postulat usus, amico,
Exspectes nec, dum Te roget auxilium.

34. Præc. òpolos:

Tam turpe est vincī benefactis dulci ab amico,
Quām malefacta ab vincier hōste truci.

35. Præc. òpolēx̄:

Qui dolet adversis, nec libidinis invidet amplam
Alcerius sortem, fidus amicus erit,

36. Præc. r̄w c̄nōl:

Si memor absentum, præsentes ut sibi de te,
Si sunt absentes, pollicantur idem.

37. Præc. ēv̄ḡ B̄ḡλ̄:

Abst ab ornatu luxu nimius: quia monstrat
Magnificum ornatus, estq; superfluitas.

38. Præc. Āz̄ana:

Non in copia opum fructus, sed fructus in usu
Est positus, sane qui moderatus erit.

39.

39. Præc. 3. φρεγμ:

S Pernito dībitias querentes, quos latet usus.
Sunt, ut equos qui habet, nō equitare valens.

40. Præc. τερπω:

S Ic tibi opes quāras, ut subfir fructus & usus,
Nec sis mancipium, sed domineris eis.

41. Præc. Τιμω:

D Igitur cole, quō multam possis dare, egenoī:
In reliquā bītā dilige eas modice.

42. Præc. σέργε πρό:

E Sto contentus præsenti conditione,
Sed tamen inquiras uberiora tibi.

43. Præc. μηδεὶ:

N On ulli sortiē probrofē objeceris agram:
Sors communis; ut & nemo futura videt.

44. Præc. ήτε ἀγαλλε:

F Ac benē spontē bonis, præstans thesaurū habetur
Præstita præstanti gratia quippe sive.

45. Præc. κακοῖς δι:

F It bene quando malo, canis est peregrinus. & erit
Te turpi allatrat post bene facta fation.

46. Præc. μίσει τέσ:

S Int odio Assentatores velut Impostores:
Credentes lādunt crediti utriq. dolia.

47. Præc. εἰδὺ ἀνοδ:

S I tibi amicus erit, qui pessima grata parabit,
Nemo odium, capiet ob bona facta tuum.

48. Præc. γέρε περος:

S I quis adit, sis comis ei, nec voce superbus:
Nam cunctis comis peccore & ore placit.

49. Præc. μάλιστι:

A Bsis à pœclis, si forte teneris adesse,
Surge prius, quām te prægrahet obrietas.

50. Præc. Αγάνακτος:

F Ac, sis Magnanimus velut immortalis: uti sed!
Mortalis modicè perfruere usq[ue] bonia.

51. Præc. ιψη την:

E Si ruditate bonum melius doctrina salubris:
Dat doctrina lucrum, dama dat at ruditas.

52. Præc. εἰς ἄν:

C Uijus amicitiam queris, laudabis eundem.
Laus dat amicitiam, scoma inimicitiam.

53. Præc. βυλευόμεθα:

C Onsultans de præterita metire futura:
Obscurum facile per manifesta patet.

54. Præc. βυλεύει:

T Ardè consultes tecum, sed perfice tandem
Conatu sceleri præmeditata tibi.

55. Præc. ήγειρος:

E Sse bonam à. Joba sortem res optima sanc est,
Anobis ipfis consiliumq[ue] bonum.

56. Præc. οὐδὲ οὐ:

C Onsule amicorum de occultis sensa, aliena.
Res quasi sit, Te nec proditò aperta patent.

57. Præc. οἶτος δε:

C Onsule, quem nosti proprias curare probè res:
Propria non ourans, consiliat annē tibi.

58. Præc. οἴω δε:

D Amorum intuitu, quia fert, temerarius usus,
Ad consultandum semper aiutus erit.

59.

59. Præc. μημε :

Mores & studium Regum settare; probabis
Sic illos, bulgus te quoq[ue] laude vobis.

60. Præc. πειδε :

L Egibus obsequitor Regum; sed & ipsa voluntas
Moresq[ue] illorum Lex tibi firmasient.

61. Præc. εν Ταῦ :

Imperio fungens, reprobo non utere serbo:
Ad te, quod peccat, quisquis enim referes.

62. Præc. εν Ταῦ :

Laudibus, haud opibus dives deponito munus:
Laus opibus præstat plebis in ore rudiis.

63. Præc. Μηδεῖ :

Ne sis adjutor vel patronus malefatti:
Adscribent alias quippe patrata tibi.

64. Præc. παραγονίς :

Plaus alii possit, sed tibi aequaliter illius.
Justitiae aequalis sic studiosus eris.

65. Præc. μᾶλλον :

Sic iustus pauper potius, quam dives iniquus:
Dives obit, iusti nescit obire deus.

66. Præc. Μηδέν :

Non imiteris eos, quos lucra injusta iubabunt.
Sed quies justitia damna parabit amor.

67. Præc. πάντω :

Clures, qua vitæ spectant: magis at cole mente:
In minimâ re res maxima mens hominis.

68. Præc. πειρῶ :

Corpis opus faciat, studeat mens: perficere illud
Ut decreta queas, hac bona prospicere.

69. Præc. 70. o. n.

Qua sis dicturus, prius hac per solito mente,
Præcurrat mentem ne baga lingua tuam.

70. Præc. Nōn q̄s:

Vana humana putes: felix sic latus eris nec,
Infelix tristis nec quoq̄ corde nimis.

71. Præc. Dūo nōis:

Dic de sat notis; aut quæ dixisse necesse est,
Quippe silere alias quam loqui erit mellius.

72. Præc. Xāns:

Ob bona gaudeto, mala fer patienter, utrumq;
Dissimula, nammens omnibus haut pateat.

73. Præc. Māmoy:

Fac cæsas eu pām mage quam discrimina, finis
Sis timidus reprobis, sita probrofa probū.

74. Præc. Māmoy:

Intuto bīas, vel honeste eadito bello:
Fata mori statuunt: mors at honesta fiet;
Errata sic corrigitur.

Pag. 5. lin. 5. pro quo lege quod.

P. 32. l. 13. pro cicō l. cibō.

P. 59. l. 9. pro hostatem l. honestatem.

P. 67. l. 3. pro exerceant l. exerceat.

P. 68. l. 11. pro Exempū l. Exemplum.

P. 71. l. 13. pro Commutatiō l. Distributiō.

P. 93. l. 14. pro reiterabit l. reiterarit.

P. 94. l. 18. pro Fortitudinē l. Virtutis.

Leviors, ubi vel literas transpositas, vel syllabas
conjugendas se junctas, vel commata & signa
omissa viderit, candidus Lector facili negotio
ipse corriget.

INDEX

THOMÆ FREIGIL

JCTi

Ethica Ciceroniana,

In paginarum reliquarum, nec Indicis parallelorum
pacium, complementum adiecta.

Quid est Ethica?

Est doctrina de moribus: seu, Est ars bene beatitudinis vivendi.

Quid est bene vivere?

Est secundum virtutem vivere. Virtus itaq; est
subjectum Ethicae.

Quid est virtus?

Est habitus animi in mediocritate consistens.

Quot sunt species Virtutis?

Quatuor: Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia.

Quid est Prudentia?

Est virtus, qua in perspicienda veri, solertiaq; perficitur. Eaq; maxime attingit naturam humanaam. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientie cupiditatem.

Quot sunt vicia Prudentiae contraria?

Duo: Unum incognitum habere pro cognitis. Alterum, nimis magnum studium, multaque operam in res obscuras & difficiles conferre, easq; non necessarias.

Quid est iustitia?

Est virtus, qua in hominum societate tuenda, tribuendo, suum cuiq; & rerum contractarum finis perficitur.

63

Quid



Quōdnam est munus Iustitiae?

Nēmī nōcere.

Quōdnam est ejus fundamentum?

Fides. Quid est Fides?

Est dictorum cōventorū cōstantia & veritas; dicit, quia fiat quod dictum est.

Quot sunt genera Injustitiae?

Duo: Unum eorum qui inferunt injuriam. Alterum eorum qui ab ijs, quibus infertur, non propulsant, si possunt.

Quorū refert Cicero Liberalitatem?

Ad. iustitiam.

Quo: cautions habet Liberalitas?

Tres: Quomodo dandum sit, quantum, & quibz.

Quomodo dandum est?

Ita, ne obse: benignitas & ijs, quibus benignè bī debitur fieri & ceteris.

Quantum dandum est?

Nē major benignitas sit quam facultas.

Quibus dandum est?

Cuij pro dignitate. Id enim iustitia fundamen-
tum est.

Quot sunt in dignitate consideranda?

Quatuor:

I. Mores ejus, in quem beneficium conferetur.

II. Animus & benevolentia erga nos.

III. Officia ad nostras utilitates.

IV. Communitas & societas hītæ.

Quot sunt gradus societatis humanae?

Six: Primus est universus generis humani. Se-

condus

*undis ejusdem gentis. Tertius ejusdem cibitatis.
Quartus propinquorum. Quintus amicorum. Sexus
patria.*

*Quibusnam igitur plurimum officij
est tribuendum?*

*Principes sunt patria & parentes. Proximi liberi.
Deinceps propinquii.*

Quid est Fortitudo?

*Est virtus qua in animi excelsi & invicti ma-
gnitudine a robore versatur.*

Quinam ergo fortis sunt habendi?

Non qui faciunt: sed qui propulsant injuriam.

Quid est Temperantia?

*Est virtus, qua in omnium que sunt, quaeque di-
cuntur, ordine & modo versatur.*

Quinam sunt praecepta hinc tenenda?

*Adhibenda esti mundicia non odiosa, neq; ex-
quisita nimis: tantum qua fugiat agrestem & in-
humanam negligentiam. Eadem ratio habenda
est vestitus: in quo sicut in plerisque rebus mediocri-
tas optima est. Cabendum est autem ne aut sar-
dicatibus utamur in gressu molitoribus, ut similes
pomparum ferculis esse videamur, aut in festinati-
onibus suscipiamus nimiae celeritates.*

EX PUS.

TIPIUS ETHICÆ SEU OFFER-
CIORUM.

Prudentia, cu- jus duo vitia	1. Incognita habere pro cognitis.
	2. In rebus non neces- sariis operam ma- gnam ponere.
	Munus est, nemini nocere; Fundamentum est, Fides; Contrarium est Injustitia.
Justitia cujus	Quomodo
Species est	Quantum
Liberalitas, cujus cau- tiones sunt	Quibus
Ecclesiastica	dandū sit.
Temperantia.	

Virtutis species sunt 4.

F I N I S.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn757663052/phys_0162](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757663052/phys_0162)

DFG



THOMÆ F
jCti
Ethica Cicer
In paginarum reliquarum,
pacium, complemen
tum.
Quid est E
st doctrina de moribus
p̄g. vivendi.
Quid est ben
Est secundum virtutem
subiectum Ethicæ.
Quid est v
Est habitus animi in mo
ribus.
Quo sunt spec
Quatuor: Prudentia, i
perantia.
Quid est P
Est virtus, quæ in per
ficiatur. Est maxime a
nam. Omnes enim trahim
tionis & scientiæ cupidita
cessaria. Quot sunt
vitia Pr
Duo: Unum incognita
terum, nimis magnum stu
in res obscuras & difficiles
cessarias. Quid est
Est virtus, quæ in hor
tribuendo sum cūd
de perficiatur.



the scale towards document

